





374. 1669, 8b M 22 122  
I. N. I. A.  
DISPUTATIO JURIDICA PRIMA  
*DE*  
**ORIGINE, USU ET**  
**AUCTORITATE JURIS**  
**CANONICI**  
**IN**  
**FORO CIVILI ET TER-**  
**RIS PROTESTANTIUM:**

*QVAM*  
PRÆSIDENTE  
VIRO AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
**DN. GEORGIO WERNERO IC<sup>TO</sup>,**  
CANONICI ATQUE FEUDALIS JURIS PRO-  
FESSORE ORDINARIO, FACULTATIS SUÆ SENIORE,  
NEC NON DICASTERII GUELPHICI ASSESSORE GRAVISSI-  
MO, DN. PRÆCEPTORE, FAUTORE, ET PATRONO  
SUO OMNI HONORIS CULTU ÆTATEM  
DEVENERANDO,

AD DIEM MARTI  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTIT  
**HERMANNUS WETKEN HAMBURGENS.**  
AUCTOR

*IN IULEO MAIORI.*

---

*HELMESTADI,*  
**Litteris HENNINGI MÜLLERI, Acad. Typ.**  
ANNO C<sup>16</sup>69 C<sup>16</sup>69,





PER QVAM REVERENDO, MAGNIFICO,  
ET NOBILISSIMO  
VIRO

DN. JOACHIMO GÖ-  
DERSEN,  
U. J. D. DIOCESEOS AC CAPI-  
TULI HAMBURGENSIS  
DECANO

Domino Cognato & Fautori  
suo maxime Colendo

FELICIA QVAEQUE PRECATOR

HERMANNUS WETKEN.

**N**ulla me studiorum meorum,  
quæ, quam à maturitate sua  
longe ad huc absint, probe

A 2

perspi-

perspicio , fiducia,in publicum ut  
prodirem deque nobili argumento  
commentarer,permovit;sed quale-  
cunq; debitæ diligentiaæ meæ speci-  
men & devoti erga Te animi tesse-  
rā exhibendi seria cupido adduxit.  
Exigit enim utiq; æquitas,ut,quibus  
plurima debemus,iisdem,si referre  
gratiam facultates non permittant,  
signo saltē. quopiam volunta-  
tem nostram animumque memo-  
rē contestemur. Et Te quidem,Vir  
per quam Reverende,cum aliis per-  
multis,tum eo cum primis nomine  
bene de me esse promeritum agno-  
sco,quod cum ab hinc quadriennio  
& amplius de Academia à me uberi-  
oris doctrinæ hauriendæ causa ade-  
unda

unda anceps meorum eslet consulta-  
tio, Tu pro eo , quo nunquam non  
me es prosecutus favore, almam hanc  
Iuliam omnino mihi petendam esse  
& fvaseris serio , & auctoritate Tua  
persvaseris. Quod salutare consilium  
Tuum, licet alia humanitatis officia,  
quæ subinde carissimæ matri meæ, à  
tot jam annis Videlæ, quæ mihi præ-  
stististi, deessent, vel solum ad perpe-  
tuam obseruantiam & cultum Tibi  
me debuit obstringere. Neque enim  
profecto consulere rectius commo-  
dis meis potuisses : cum eos heic loci  
invenerim, tum aliarum scientiarum,  
tum civilis Philosophiæ, dicendi ar-  
tis, &, cuius potissima mihi cura est,  
prudentiæ juris Doctores , qui pro  
ea,

ea, qua multum excellunt, eruditio-  
ne & ingenii judiciique vi possunt,  
& pro bonitate sua ac studiosæ ju-  
ventuti inserviendi promptitudine  
volunt regia via ad præstantissima-  
rum artium & sanctæ Astrææ adyta  
auditores discipulosque suos dedu-  
cere. Quo magis gratulari sibi de-  
bet præclarissimis omnium Ordin-  
um Doctoribus conspicua hæc A-  
cademia Julia & adversus nefarios  
homines infelicem maledicamque  
linguam & calatum, ipsius sane in-  
nocentis, convitio exerceentes, eri-  
gere se ac eorundem furiosos latra-  
tus magno animo despicere. Sed hæc  
majore cura dicenda sunt, nec mei  
nunc est instituti, laudes hujus lycei  
extol-

extollere , id modo testatum volui,  
pro maxumo & paterno me reputare  
beneficio , quod Tu , ut huc me con-  
ferrem , svasor exstiteris . Pro quo aliis-  
que , quæ memorare longum foret ,  
meritis Tuis , cum dignā non possem ,  
nolui nullam rependere gratiam ; sed  
potius donario quodam , quamvis ex-  
iguo , Te mihi esse colendum existima-  
vi . Nihil vero in ista rerū mearum te-  
nuitate occurrit quam prima hæc *de*  
*origine juris canonici , ejusdemq; in foro civili & ter-*  
*ris Protestantium usu & auctoritate* dissertatio ,  
quā una cum aliis duabus , quæ juvan-  
te Deo hanc propediem subsequen-  
tur , Tuo , Vir Magnifice , venerabili in-  
scribere Nomini , hocque publico  
alloqvio grates Tibi agere maxumas  
volui .

volui. Quo in proposito amplius ad-  
huc me confirmavit arctum illud ne-  
cessitudinis vinculum quo tenemur  
devincti: ut taceam tuam juris utrius-  
que, cuius amplissimum campum jam  
dudum feliciter es emensus, insignem  
scientiam, ut aliis mihi Censor huic  
scripto non fuerit seligendus. Ea itaq;  
mente hoc à me munuscum, levi-  
dense licet, accipias velim, ut & memi-  
nisse me benefactorum Tuorum, &  
colere nostram coniunctionē, & vir-  
tutes doctrinamque Tuam, ut par est,  
magnificere arbitreris. Salve & vale,  
Cognate & Fautor optime! Deus Te  
longum nobis sospitet! Dab. in Acad.  
Julia Non. Mart. A. cīc LXIX.



## PRO O E M I V M .

Vantam præstet utilitatem accurata de  
debitis feudalibus cognitio, vel cuivis  
facilè apparebit, modo ad forensia ne-  
gotia oculos convertat. Quid enim fre-  
quentius accidit, quam ut, mortuo ali-  
quo vasallo, relictis tam allodialium, ut vocant,  
quam feudalium bonorum hæredibus, acerrimæ in-  
ter eos contentiones foveantur de ære alieno defun-  
cti persolvendo? His onus solutionis à se remo-  
ventibus eò, quod in universum defuncti jus non  
succedant hoc est, quod ratione feudalium bono-  
rum ordinariæ hæredes non existant, quibus solùm  
exolutio æris alieni hæreditarii incumbit l. 35. S. 1.  
ff. de hæred. instit. l. 13. C. eod. l. 1. & 2. C. de hæred. Vel  
act. vend. junct. l. 24. de V. S. l. 62. de R. I. Illis par-  
tem debitorum defuncti in feudi successores deriva-  
re volentibus, quod utilitatem aliquam ex morte de-  
functi percipere videantur; quos igitur non iniquè  
incommodum etiam sequi debet, juxta princ. Inst.  
de Legit. Patron. tut. l. 10. de R. I. l. 13, s. 1. de acquir.  
Vel amitt. possess. l. unic. s. 4. in fin. C. de Caduc. tollend.

A

Neque

Néque solum hæc controversia inter liberos parentibus succedentes agitatur, verum etiam non minus acriter de eo controvertitur, si feudum ad agnatos, vel ipsum seniorem, vel etiam ad extraneum, cui in casu aperti feudi certa ejus promissio à Domino facta fuit, perveniat. Has igitur ob causas non inanem me operam collocaturum esse duxi, si præsenti disquisitione inaugurali in debitorū feudalium naturam atque species paulò accuratius inquirerem. Eâ autem ratione ac methodo hoc à me fiet, ut initio quidem principia nonnulla juris naturæ huc optimè facientia vel tribus, ut ajunt, verbis saltem præmissurus sim, postmodum statim subjungam universalem debitorum feudalium, quantum fieri potest, definitionem, &c, quia ex eâ apparebit, triplicem dari debitorum feudalium classem, cujuslibet classis singulæ species breviter pertractentur. Deus ter Opt. Max. huic labori propitius adsit, eumque probenignitate suâ divinitus secundet.

THE S I S. I.

**R**æ supponimus hic statim, triplicem debitorum feudalium classem dari, quod tamen paulò infra ex definitione posita demonstrabitur, & cuilibet classi proptia fundamenta esse, quibus superstruenda sit, antequam igitur ipsam rei tractationem aggrediamur, pro instituto nostro breviter ea perlustremus.

II. Dominia rerum ipsâ naturâ duce introducta esse vel ex eo constat, quod quadam res ita comparata sint, ut ad usum ad-

adhiberi nequeant, nisi consumantur; quædam verò unius vel paucorum hominum usui tantum sufficiant. Prioris generis res alias Iuris consultis nomine rerum fungibilium veniunt, uti sunt vinum, oleum, triticum, panis. Dum enim his unus utitur, necessariò alios excludit ab usu earundem, nec per rerum naturā aliter fieri potest. Posterioris verò generis res sunt ager, fundus, domicilium, & alia. Hęc enim interdum in individuo determinatę ira parva inveniuntur, ut unius solum hominis usui inservire possint. interdum ad plurimum indigentiam explendam sufficiunt. Prout igitur vel parvæ vel magnæ sunt, ita vel unum vel plures dominos admittunt. Hug. Grot. in libr. II. de Iur. bell. § pac. c. 2. §. 2. verb. Puto etiam rem in sciculosa, & §. 3. verb. Est enim tanta maris magnitudo, ut ad quemvis usui omnibus populie sufficiat. Excellent. Dn. Decanus in comment. ad R. I. c. IX. §. 40. Fluit inde, primum, ut, qui dominus harum rerum est, alios ab earundem usu arcere possit, ne proprię rei usu ipse destituatur. Secundò liberam de iis disponendi & alienandi facultatem habeat, qui etiam rei cuiuslibet proprius usus esse dicitur Aristoteles in libr. I. Politic. edit. Conring. c. 12. Facit huc etiam locus in lib. I. Rhetor. Aristot. c. V. incis. 20.

III. IIIa verò alienatio multis modis fieri potest: ut nonnullos tantum eorum, quique ad nostrum propositum faciant, nunc recenseam. Vel Dominus omne jus, quod in te habet, in aliud transfert, vel partem tantummodo ejus. Si prius sit, consequitur ille, in quem domini voluntate res transfertur plenum istius rei dominium: Sin posterius, non plus juris nanciscitur accipiens in re alienatā quam à Dōmino translatum est ex. gr. Si utile tantum rei dominium ad aliud transferre domino lubet, ejus verò proprietatem retinere, nihil aliud juris hāc alienatione accipienti acquiritur in re alienā, quam utile rei dominium; proprietas verò penes pristinum dominium remanet. Pars autem juris in re nostrā, utile rei dominium, iterum transfertur in aliud duplicitate, vel magis libertate vel cum aliquā limitatione. Magis liberè si ille, cui jus aliquod in re alienā acquiritur, simul proptermodum liberam de jure isto pro

habitu disponendi facultatem accipiat, & tale sere jus est, quod  
emphyteuta in re emphyteuticā competit. Cum aliquā limi-  
tatione, si potestas alienandi circa jus in re alienā acquisitum  
ita circumscribitur, ut non aliter in tertium transferri possit,  
quam veri domini consensu accedente, & hoc est genuinū illud  
vasalli jus, quod regulariter in re feudali habet. Nullus enim va-  
fallus utile rei feudalī dominium citra consensum Senioris  
efficaciter alienare, inque alium transferre potest juxta text. 2.  
feud. 52. & 55. Nec ulla hic alienationis species excipitur, ut al-  
legatos textus accuratius perlegendi facile apparebit, ita ut de  
oppignoratione etiam hæc tam juris naturæ, quam feudalis  
prohibitio intelligenda sit. Quemadmodū igitur ex naturā do-  
miniorum vasallo jure naturæ interdieitur rei feudalī, in quā  
utile dominium restrictum habet, citra Senioris consensum ali-  
enatio, ita etiam ejusdem oppignoratio, quia hæc est species  
quasi alienationis, & huic fundamento superstructa est prima  
debitorum feudalium classis, quam constituit oppignoratio  
feudi pro ære alieno domini consenso facta.

IV. Quod secundam eorum classem attinet, illius prin-  
cipia non tam ex jure naturæ, quam civili & legitimo petenda  
erunt. Licet enim favor causarum, ob quem hæc introducta  
sunt, qualis est favor alimentorum, legitimæ, magnâ ex parte  
originem suam ex jure naturæ trahat, Hug. Grot. de Iuri. b. &  
p. libr. 2. c. 7. n. 4. tamen quia partim jus feudale, maximè vero  
hodierna Germaniæ consuetudo debita hæc ex feudalibus bo-  
nis perfolvenda introduxit, quorum tamen dominium dire-  
ctum non ad vasallos, qui hiscenaturæ præceptis obligati sunt,  
sed ad Seniorem pertinet, qui vasallos ut plurimum nullo pro-  
pinquitatis vinculo attingunt, ideo potius dicendum est ali-  
quid hic fieri præter naturale jus. Debitum enim in re alienā alteri  
contrahitur citra domini factum quod regulariter fieri non de-  
bet & videtur cum domini injuriā coniunctum esse. Quamvis  
forsitan hoc negari non possit, ad illos actus referenda esse hæc  
debita, quilaudabiles quidem sunt & honesti, non tamen à na-  
turæ

turā praecipiuntur: ita laudem parit maximam, si dominus feudi mortuo vasallo, filiabus ejus ad incitam redactis alimenta suppeditet, dotem constituar, licet jure naturae ad nihil horum obstrictus sit, nisi velis dicere, actus hos esse liberalitatis, & quantum jus naturae eam praecepit, eatenus etiam hosce ad illud referendos esse. Verum, ut ut hæc sint, determinatio horum actuum, prout cuiuslibet Reipubl. salus exigit, unicè à summâ potestate dependet. Atque sic etiam optime se gesserunt Germanici Imperij legislatores, dum hæc debita in Rempubl. suam jure potissimum non scripto admitterent, postquam è re Germanorum fore arbitrati sunt. Maximè igitur horum debitorum origo juri civili sive legitimo debetur.

V. Tertia, & ultimæ debitorum feudalium classis principium iterum ex jure naturae arcessendum est. Quid enim æquius, quam neminem cum alterius jacturâ locupletari, præceptum omnium hominum animis à naturâ ipsâ inscriptum, quo maximè innititur tertia hæc debitorum classis. Dum enim aliqui, qui ad id obligati non sunt, impensas faciunt in feudum, non animo donandi, sed in eum potissimum finem ut vel feudum reddant melius, vel ab imminentे ruina liberent, tam dominus feudi, quam agnati contra justitiam peccarent, & redderent se cum alterius jacturâ locupletiores, nisi ex feudis, in quæ sumptus facti sunt solutionem concederent. Apparet inde recte à nobis dictum esse, tertiam hanc debitorum classem isto juris naturæ præcepto inniti, quod nemo cum alterius jacturâ locupletari debeat, cumque eo consentiunt Iurisconsulti in l. 14. de condicione. Indeb. l. 200. de R. I.

VI. Breviter nunc perlustratis debitorum feudalium fundamentis, quatenus aliqua ex parte ex ipsis juris naturae principiis profluere videntur, ad rem ipsam accessum faciamus, & ut saltem unius hujus synonymi mentionem hic faciam, debita feudalia alias à Doctoribus vocantur onera feudi, Lehnschulden / quemadmodum etiam debita vasalli nomine onerum vasalli, seu hæreditariorum Germanicè Erbschulden à Iurisconsultis insigniuntur: Andr. de Isern. 2. feud. 8. 5. quid ergo. n. 6. Camer. in l. Im-

perialens de prohib. feud. alienat. p. 82. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 31.  
Carpzov. de oner. Vasal. feud. decr. IV. pos. VI.

VII. Æquivocatio hic ferè nulla nulla occurrit, nisi quod  
a nonnullis debita feudalia interdum accipiuntur pro præstati-  
onibus servitiorum, ad quæ Vasallus, ut vasallus Domino feudi  
obligatus est. Tum etiam debita illa plerumque feudalia dicun-  
tur quæ ex feudo mere hereditario debentur. Vtraq; tamen ac-  
ceptio propriè huc non pertinet. Prior ideo, quia ad servitia præ-  
stanta vasallus ut vasallus obstringitur, hæc verò debita, de qui-  
bus nunc acturi sumus, non ut vasallus, sed ut rei possessor, cui  
onus aliquod inhæret, exsolvare tenetur 2. illa domino feudi so-  
lum præstanta sunt, hæc extraneo vel etiam vasalli successoribus  
interdum debentur. 3. ad illa præstanta solus vasallus obstrictus  
est, horum exsolutio etiam domino, si feudum recuperat, in-  
jungitur. Posterior verò debitorum feudalium acceptio eo no-  
mine huc non pertinet, quod ad illa constituenda non require-  
tur oppignoratio domini consensi facta, neque favor causit,  
neque res in feendum conversa, quorum tamen unum sem-  
per necessarium est, ad constituenda illa debita feudalia; de qui-  
bus præsenti disquisitione agimus.

VIII. Definitio ipsius feudalis debiti sic formari potest,  
ut sit onus feudo inhærens vel jure pignoris 2. feud. 52. & 55. Andre-  
de Iser. & Matthæ. de affl. ad d. text. Barthol Camer. ad l. Impe-  
rial. Carpzov. in I. F. part. 2. const. 46. def. 8. n. 6. & tract. de oner.  
Vasall. Feud. dec. 2. pos. 1. n. 7. vel ob favorem causæ 1. feud. 6. §. mutuū.  
Carpzov. part. 2. const. 46. defin. 13. 24. & 28. de on. Vasal. Feud. dec.  
tert. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 55. §. n. 37. 38. 70. & 74. Jacob Scult.  
in addit. ad Modest. Pist. part. 3. quest. 122. n. 33. 34. & 36. vel ob rem  
in feendum versam. 2. feud. 8. §. E contrario 2. feud. 28. S. si Vasallus  
Barthol. Camer. ad l. Imperial. p. 43. Carpzov. part. 2. const. 46.  
def. 25. 26. 27. 29. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 59. & 65. 12.  
acob Scult. in addit. ad Modest. Pist. d. quest. 122. n. 51. 52. 110 & seqq.  
Dicitur primum in definitione, quod sit onus, non verò jus feu-  
do inhærens, ratione scilicet habitâ ad feendum unde jus hoc de-  
betur, ejusque possessores. Nam si creditores consideremus,  
qui

qui feudum obligatum habent, potius per jus definitum est.  
Absolutè autem vocamus debitum feudale, onus, non addendo, quod sit reale onus, quia aliquod feudale debitum etiam oritur ex jure ad rem, sive obligatione, eaque vel immediate ex lege, sive scriptâ, sive non scriptâ producitur quod pertinent debita alimentorum, doris, vel immediate accidente scilicet hominis facto, & hoc spectant omniā illa debita, qua originem trahunt ex rebus in feudum versis. Cum igitur genus definitio-  
nis ipso definito restrictius esse non debeat, absolutè usurpan-  
dum fuit vocabulum onus. Additur deinde, quod sit onus feudo inhærens. Ut hæc melius percipiatur, pauca quadam adjicienda sunt. Omnitum actionum verè realium duplex nota datur, prima est ut ex jure in re oriuntur, altera ut in rei possessorum dentur l. 25. de O. & A. §. i. & seqq. Inß de Åt. prior est formalis nota actionum realium, posterior naturalis, ita ut interdum etiam actionibus personalibus insit. Eodem modo duplex etiam nota datur actionum merè personalium, altera est, ut ex jure ad rem descendant; altera ut adversus personam obligatam tantum dentur; illa formalis, hæc naturalis solum est adeò ut interdum ab actionibus personalibus sejungatur. Nobiliss. Dr. Hahn. in observat. theoried. Praetic. ad VVesenbec. libr. v. tit. 1. num. 1 v. Quædam igitur debita feudalia ita comparata sunt ut actiones merè reales, & quibus duplex illa realium actionum nota insit, producent, quædam verò personales gigant, si primam eorum notam inspicias, nempe quod ex jure ad rem oriuntur, reales tamen, quo ad posteriorem realium actionum notam, cum in quævis feudi possessorem dentur, eamque ob causam non immerito mixta vocari possunt ratione effectus, & alias à Doctoribus appellantur actiones in rei scriptæ. Hart. Pistor. part. 2. quest. 37. n. o. Iac. Schult. in addit. ad Georg. Rotschitz de dotalit. art. 26. n. 53. vers. ut autem ritè percipi-  
amus. Carpzov. in l. F. part. 2. const. 69. def. 33. n. 7. & in tractatu de ener. Vassall. feudal. dec. v. pos. 7. n. 10. Et hæc causa fuit, quare debitum feudale per onus feudo inhærens definitivimus quia omnia debita feudalia, sive ex jure in re, sive ad rem oriuntur, ita ipsum

Ipsum feudum afficiunt, ut actiones ex iis provenientes semper  
adversus quamcunque feudi possessorem efficaciter competant.  
Reliqua definitionis nostræ verba indicant omnes & singulas  
species debitorum feudalium, adeo ut nullum feudale onus in-  
venire liceat, quod non sub his comprehendatur, idque per in-  
ductionem facile ostensu erit. Inspiciamus modo vel singulas vel  
pleraque debitorum feudaliū species, quæ à Carpzovio in*l. F. part.*  
*2. conf. 16.* accuratè enumerantur & res statim clara erit. Pri-  
mum, quod ab eo assertur, est, pro quo feudum legitimè fuit  
oppignoratum *d. conf. det. 8.* & de eo agitur in definitione no-  
strâ, quando debitum feudale describimus per onus feudo in-  
hârens jure pignoris. Secundum est, æs alienum ad elocatio-  
nem filiarum aut sororum contractum *def. XIII.* quod ipsum et-  
iam nostra definitio complectitur. Per hoc enim debitum ali-  
quid in feudum versum est, de quo ultima nostræ definitionis  
verba intelligenda sunt. Tertium est educatio, docatio, elocatio  
filiarum *def. 16.* Huc pertinent verba definitionis nostræ, quibus  
dicitur, onus aliquod feudo inhârente propter favorem causæ.  
Et sic etiam se habet, cum reliquis debitorum feudalium spe-  
ciebus à Carpzovio allatis. Definitio ergo à nobis exstructa fir-  
mis fundamentis innititur

IX. Demonstratæ tamen definitioni nostræ obstare vi-  
detur quod Dn. Carpzovius in tractatu de oner. *Vasall. feudal. dec.*  
*2. pos. 1. n. 7.* debita feudalia definiat per onera quæ vel jure pi-  
gnoris in feudo nituntur, vel in utilitatem feudi conversa pro-  
bantur, omissâ tertia debitorum feudalium notâ quæ à nobis  
allata est, nempe quædam etiam onera feudis inhârente pro-  
pter favorem causæ. Verum nec nos Carpzovio, nec ipse no-  
bis in recensitâ definitione adversatur, modò utrumque dextrâ  
explicatio accedit. Dn. Carpzovio in dicto tractatu proposi-  
tum fuit, agere de debitis feudalibus, quatenus in Electoratu  
Saxonie & foro Saxonico obtineant, non vero quatenus de jure  
communi feudalí pro talibus habentur, de quibus praesenti dis-  
sertatione præcipue agitur. Quia verò ea onera, quæ jure com-  
muni solum propter causæ favorem ex feudis debentur, secun-  
dum

dum jus Saxonum Electorale & iis in locis, ubi illud viget, ob taciti pignoris nexus in feuda premunt. *Constit. Elector.* 25. in fin. part. 2. *Ordinat. Processi Iudic.* tit. 45. §. jedoch wo sichs ic. & §. seq. *Carpzov.* in tract. de oner. *Vafal,* feudal. dec. tert. non opus fuit, ut hæc tertia debitorum feudalium nota à Carpzovio adjiceretur; nos autem, quibus animus fuit, debita feudalia ex jure communi maximè perlustrare, male officio nostro perfundi essemus, nisi & illius fecissemus mentionem.

X. Triplicem igitur notam in definitione collocavimus, quæ dñe dignosci possunt omnia & singula debita feudalia: quæ triplex nota statim nobis suppeditat triplicem etiam onerū feudalium classem, in quâ ordinis gratiâ, antequam progrediamur, dispescere ea lubet. Prima erit, quæ oritur ex legitimâ feudi oppignoratione: Secunda, quando quid ex feudo debetur, propter certæ alicujus causæ favorem. Tertiâ illa onera constituent, quæ feudo insunt propter rem in feudum conversam. Singulas earum ordine aggrediemur, & statim initium nunc sumamus ab eâ classe, quæ descendit ex legitimâ feudi oppignoratione.

XI. Debita igitur hujus primæ classis rectè definitiuntur per onera, quæ feudo inhærent propter ejus oppignorationem immediati domini consensu factam. 2. *feud.* 52. & 55. *Andr. de Ifern.* & *Matthæ. de Afflict.* ad illa cap. *Camer.* ad l. *Imperial.* p. 6. *Ludolph. Schrad.* tract. de feud. part. 7. c. 7. n. 42. *Petr. Heig.* quæst. 20. n. 29. *Carpzov.* d. const. 46. part. 2. def. 8. *Matth. Berlich.* part. 2. conclus. 55. n. 44. Genus definitionis nostræ est onus feudo inhærens, quod præsens debitorum feudalium classis, cum omnibus feudi oneri us commune habet, & sic etiam rectè loco generis adhucbitum fuit. Reliqua definitionis verba indicant formam & essentiam debitorum, quæ in hac classe inveniuntur. Nam dicitur primum feudum debere esse oppignoratum, in quo differt à secundâ & tertiat onerum feudalium classe: ad secundam enim favor causarum, ad tertiam versio in feudum facta requiritur. Oppignoratio porrò dupliciter fieri potest, vel per modum contractus realis, ita, ut res pignori data simul transeat ad creditorem, & strictè pignus dicatur l. 7. g. 2. ff. *de pignorat.* a. 2. §. ult. *Inst.*

B

quib.

q̄ib. mod. re contrah. oblig. vel per pactum legitimū, adeo, ut  
possessio rei oppignorata non transeat in creditorem, sed manet  
at penes oppignorantem & alias nominatur hypotheca l. 5. §. 16  
de pignor. & hypoth. §. 7. Inst. de Act. Vt que autem oppignoratio-  
nis actus hic subintelligendus est, uti illud ex vocabulo pignora-  
re in textu 2. feud. 55. generaliter usurpato affirmare haud dubi-  
tamus. Quemadmodum enim vocabulum pignus de atroque  
recte sumitur l. 7. l. 5. §. 1. ff. de pignor. & hypothec. §. 7. Inst. de act.  
Ita & per verbum pignorare utrumque denotari, nobis dicere  
non est religio. Accedit, quod utraque oppignorationis spe-  
cies, debitore in morā existente, tendat ad alienationem. tot. tit.  
ff. de distract. pignor. & hypothec. l. 2. 3. & 4. C. de distract. pign. quæ  
tamen, quocunque tandem modo fiat prohibita invenitur in al-  
legat. text. 2. feud. 55. verb. callidis insuper machinationibus. Et  
quod ferè maximum est, vergeret hoc in fraudem constitutionis  
Friderici, si eam tantum restringeremus ad pignus strictè ita di-  
lum. Prohibere enim voluit Imperator omnes alienationes  
quocunque tandem modo in re feudali citra dominorum con-  
sensum contingentes, quod sane non obtinueret, si hypothecam  
sine consensu domini in feudo efficaciter fieri posse concedere-  
mus. Faciunt nobiscum Iul. Clar. libr. IV. sentent. 9. Fendum  
q̄uest. 35. n. 1. Iacob. de Ardizon. in summa feud. cap. 16. Martin.  
Laudens. 2. feud. 55. n. 11. Sonsbec. in comment. in usu. feudal. part.  
12. n. 100. Hæc tamen differentia accuratè observanda est inter  
oppignotationem feudi, quæ conjuncta est cum traditione ejus,  
& illam, quæ nudo pacto perficitur, quod eam comitetur cadu-  
citas feudi, hanc non item. 2. feud. 52. verb. pretio ac beneficio  
se caritatem agnoscat. 2. feud. 55. verb. feudum vendunt & in ali-  
os transfeunt, paulò post feudum amittant. Andr. de Isern. 2.  
feud. 55. §. Callidis. Iul. Clar. libr. IV. sentent. §. feudum. q̄uest. 31. n.  
3. Rosenthal. in tratt. feud. c. 6. membr. I. conclus. 12. Schrad. part.  
9. c. 1. n. 32. Debet autem ista oppignoratio fieri consensu do-  
mini, non verò requirimus agnitorum vel simultaneè investi-  
torum consensum per text. 2. feud. 55. in verb. sine permissione  
illius domini. Quamvis non eamus inficias, multò melius si  
bi con-

bi consulere creditores, si & de agnatorum consensu sibi  
prospiciant, ut infra pluribus ostendetur. Tandem addidi-  
anus, immediati domini consensum accedere debere. arg. 2. feud.  
92. & 55, ubi dicitur nemini licere vel feudum totum, vel  
partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque  
alio modo distrahere seu alienare sine permissione illius domi-  
ni, ad quem feudum spectare dignoscitur. Hinc, qui est subva-  
fallus & recognoscit subfeudum, & imperat Domini superioris  
consensum, omisso inferioris vel immediati consensu, nihil a-  
git, & feudo nihilominus privabitur.

XII. Qui vero pignori dare potest, est homo vel privatus  
vel publicus sive Magistratus. De homine privato pignus in feu-  
do constitutus, hæc regula tenenda erit, quod ille, qui nec na-  
turâ nec lege prohibetur rem suam sive per se ipsum sive per ali-  
os alienare, & actu ipso jure Vasalli feudum possidet, efficaciter  
illud oppignorare possit, domini, vel ejus, qui vicem domini  
sustinet, voluntate accidente. Dicitur primùm, quicunque nec  
naturâ, nec lege alienare prohibetur; sequitur inde, infantes, pu-  
pillos, furiosos, prodigos per se non posse oppignorare feendum,  
naturâ enim hoc facere prohibentur, & quidem nonnulli eo-  
rum propter defectum intellectus, quales sunt infantes, furiosi;  
alij magis propter defectum voluntatis, sive potius corruptum  
appetitus, uti sunt prodigi juridice tales, alij denique non tam  
propter defectum, quam infirmitatem intellectus & voluntatis,  
& huc refero pupillos ad pubertatem propius accedentes: infir-  
mâ enim hi sunt etate, ita ut interdum non satis intelligent, quid  
agendum sit, & licet hoc percipient, tamen eorum appetitus  
sæpius recte ratione refragatur, eique non obtemperat, facie  
huc l. 1. pr. ff. qua res pign. Lege prohibetur feendum pignori  
dare minor curatorem habens l. 1. §. ult. de reb. cor. que sub tut.  
Quod si verò ei nullus curator adsit, licite feendum op. ignorat,  
modò simul interveniat decretum magistratus arg. l. 6. l. 4. l. 11.  
l. 16. C. de pred. & alii reb. minor. Læsus tamen restitucionem in in-  
tegrum habet, postquam lassionem probaverit. l. 9. §. 4 de lare-  
jur. l. 11. de pred. & alii reb. minor. Additur porro, qui nec per se

nec per alios prohibetur rem pignori dare. Hoc ideo adjectum  
fuit, quia nonnulli, licet alias possint, nunc tamen impediuntur  
vel propter morbum, vel itineris periculum, vel alia negotia  
feudum pignori dare, & iis integrum est, ut hunc oppignoratio-  
nis actum perficiant per procuratorem vel speciale mandatum  
ad id habentem l. 11. §. fin. de pignorat. act. vel cui ab iis universo-  
rum bonorum administratio permissa fuit, qui sub pignoribus  
solebant mutuas pecunias accipere l. 12. de pignorat. act. Secun-  
dum jus Canonicum procurator omnium bonorum non aliter  
feudum ritè oppignorabit, quam si ille cum liberâ potestate  
constitutus fuerit arg. c. 4. de procur. in 6. Inveniuntur præter hos  
adhuc alii, qui, licet velint, ipsi tamen non possunt feudum op-  
pignorare, sed necesse est, ut semper id per alios expediant, at-  
que etiam respectu ad hosce habitu, usi sumus his verbis, qui  
nec per se nec per alios prohibentur rem alienare. Tales vero  
sunt pupilli, furiosi, prodigi juridicè tales, minor curatorei  
habens, muti ac surdi, quod famē de iis mutis & surdis subau-  
diendum est, qui planè non intelligunt, quid cum iis agatur, &  
quibus curator adjungendus est §. 4. Inst. de Curat. l. 3. §. ult. de  
postul. l. 10. de reb. autor. iud. postul. l. 7. §. 11. quib. ex caus. in possess.  
eat. Hi enim omnes non nisi vel per tutores vel curatores feuda-  
re cō pignori aut hypothecā subiiciunt. l. 1. princ. ff. que res pign.  
l. 11. §. fin. de pignor. act. l. 1. §. ult. de reb. eor. qui sub tut. Verum  
præter tutorum vel curatorum autoritatem requirimus etiam  
magistratus decretum. Oppignoratio enim feudorum aliquam  
bonorum immobiliū alienationem secum trahit, arg. §. 1. Inst.  
quib. alien. lic. vel non lic. l. 4. ff. de pignor. act. tot. tit. C. de distract.  
pignor. l. 10. C. de pignor. quæ in bonis pupilli, minorum, & omni-  
um eorum, qui his comparantur, sine interpolito magistratus  
decreto nulla est. arg. tit. ff. de reb. eor. qui sub tut. & C. de prad.  
& al. reb. minor.

XIII. Requiritur præterea in personis feudum oppi-  
gnorantibus, ut jure vasalli verè feudum posideant non autem  
solum jus nanciscendæ aliquando possessionis in eo quæstum  
habeant, uti sunt agnati, qui que expectativam, uti vocant, in  
feudo

feudo consecuti sunt. 2. feud. 52. in verb. nemini ttere beneficia, quæ à suis senioribus debent. His enim verbis earum tantum personarum mentio fit, quæ feuda jam actu ipso habent atque possident; non verò, quæ aliquando fendorum possessionem naturæ sunt. Illa denique verba, domini vel ejus, qui vicem domini sustinet, voluntate accidente, eo nomine regulæ nostræ inferuimus, quod in pignoris feudalis constitutione & que domini ac ipsorum oppignorantium personæ exigantur. 2. feud. 52. in verb. Sine seniorum permissione. 2. feud. 55. in verb. sine permissione illius domini adeò ut quamdiu Dominus consensu suo huic actui non intervenerit, tam diu ipsa feudi oppignoratio non subsistat &, ex quo intercessit, ex eo demum tempore incipiat valere. Quia verò ipse dominus vel non vult vel etiā non potest, semper interesse huic actui, licet ipsi intervenire per aliam personam, procuratorem, tutorem, curatorem modò in ijs ea omnia obseruentur, quæ paulo antè de personarum oppignorantium procuratoribus, tutoribus, & curatoribus dicta fuerunt. Et huc spectant verba, quique vicem domini sustinent. Præter id per illa intelligimus omnes personas, quæ instar dominorum habentur. Ita si feudum fuerit Ecclesiasticum, Prælatus & Capitulum pro domino habentur, vel, Pralato mortuo, solum capitulum. Si feendum ad civitatem aliquam pertineat administratores istius civitatis funguntur vice dominorum. In Imperio nostro Germanico si ducatus aliquis oppignorandus est, juxta capitulationes Imperator & Electores forsitan repræsentant personas dominorum, sed de his omnibus solidius infra agetur ubi ad debiti præsentis formam pervenerimus.

XIV. Hactenus de privatis hominibus & iis etiam personis publicis, quæ privatorum instar conventionale pignus in feudis constituunt, nunc ad Magistratum accedamus, perlustrantes in eo utrum & ipse publica auctoritate pignus in feudis concedere possit. Dupliciter autem hoc ab ipso fieri solet, vel captis pro re judicata pignoribus. l. ff. de re judic. l. 2. & 3. l. qui potior, in pign. l. 3. C. de exec. rei judic. vel decretâ missione & possessio-

sessione bonorum l. 4. §. 1. l. 15. de damn. infect. l. 14. & t. 2. ut legat.  
serv. l. 7. §. 6. ex quib. caus. in posses. Quorum illud judiciale hoc  
Prætorium pignus vocatur. De utroque pignore videamus,  
quatenus in feudi locum inveniat. Statim autem hic distin-  
guendum est inter ipsa debita, pro quibus feudum oppigno-  
randum est. Aut enim illa sunt feudalia, aut non sunt feuda-  
lia. Si feudalia sunt, ordinarius loci judex, licet non existat  
feudi dominus, sine interveniente Senioris consensu tam judici-  
ale, quam Prætorium pignus licite & efficaciter in feudo conce-  
dit, Hartm. Pist. libr. 1. quest. 15. n. 39. ferè usque ad n. 69. Ioh. Köp-  
pen decis. 39. n. 17. n. 39. & aliquot seqq. V Vesenbec. part. 1. consil. 50. n. 14.  
Berlich. part. 1. concl. 82. n. 18. 20. 21. 22. Sin debita feudalia non  
sunt, sed potius onera vasalli à magistratu in feudo, nisi simul  
sit dominus feudi, absque consensu Senioris pignus in utiliter  
conceditur Andr. de Isern. in cap. unic. de investit. de re alien. fact.  
n. 8. Math. de Afflict. ibid. n. 4. Gail. 1. observ. 117. V Vesenb. in com-  
ment. ff. de reb. actr. judic. possid. n. ult. Excellen. Hahn. in observ.  
ibid. u. IV. in verb. Hæc in feudalibus non obtinere. Ratio prioris  
conclusionis in eo potissimum vertitur, quod dominus feu-  
di ob debita fedalia ab ordinario loci judice cogi possit, ut sinat  
in feudi postrem judicatam pignora capi, & decerni in ijs mis-  
sionem in bonorum possessionem, si debitor vasallus malitiose  
latitet, nec comparere velit coram competenti judice. Poste-  
rioris vero ratio in eo potissimum sita est, ut, si hoc liceret ordi-  
nario loci judici, feudum oppignerari posset absque consensu  
domini, quod tamen repugnat constitutionibus cum Lotha-  
rii tum Friderici 2. feud. 52. & ss. Si igitur extra debitum feu-  
dale à Magistratu vel judiciale vel Prætorium pignus in feudo  
constituendum est, semper illud rursum suum accipiet à consen-  
su domini, ita tamen, ut ille ab ordinario loci judice ad eum  
interponendum cogi nequeat, sed liberum ipsi sit, utrum inter-  
ponere velit nec ne. Excipiuntur tamen duo præcipue casus,  
in quibus judici ordinario extra debitum feudale absque inter-  
veniente domini consensu propriâ autoritate pignus in feudo  
concedere licet. Primus est, si loci consuetudo executionem

in feudi substantiam absque domini consensu permittit. VVesel  
senbec. in comment. ff. tit. de reb. autor. iudic. posid. n. 5. in fin. Ex-  
cellent. Hahn. in observat. ad h. t. n. 14. verb. vide tamen. Gail. libr.  
1. obser. 117. n. 5. Alter casus est, si ex pacto feudum citra consen-  
sum domini potest alienari. Hart. Pistor. libr. 1. quest. 15. n. 37. Kop-  
pen decis. 39. n. 28. & seq.

X V. De agnatorum consensu, quatenus ad judiciale  
vel prætorium pignus instituendum requiratur, nunc aliquid  
addendum est. Hic iterum allata in priori thesi distinctio ad-  
hibenda erit inter debita feudalia, & quæ non sunt feudalia. Si  
non sunt feudalia, & agnatorum consensus imperatus non  
fuit, illi post vasallim mortem, citra mutui exsolutionem intra  
spatiū triginta annorum revocandi feudum jus & potesta-  
tem habent arg. 2. feud. g. 5. verb. Prescriptione autem triginta an-  
norum. Berlich. pars. 2. conclus. 60. n. 60. Sin debita sunt feudalia,  
tum intererit, an illa ex feudi oppignoratione descendant, an ex favore causa vel versione in feundum facta orientur. Rati-  
one horum posteriorum, efficaciter pignus tam judiciale quam  
Prætorium sine agnatorum consensu a Magistratu conceditur.  
Ratione priorum non aliter pignus à Magistratu constitui po-  
terit, quam si agnati oppignorationis actum consensu suo cor-  
roboraverint, vel demum, ubi pignus à Magistratu constituendam est, eum interponere haud derrectent. Carpzov. de oner.  
Vasall. fenal. dec. v. pos 2. n. 7. Ioh. Koppen decis. 54. n. 91. facit  
huc & ad præcedent. etiam Ordin. proceß. iudic. Elector. tit. 40. Lehno-  
rech. c. 8. in pr. ubi Gloss. latin. lit. a. In fratribus feudi, quia hi  
ad res vasalli proprias pertinent, absque domini & agnatorum  
consensu ad mortem usque vasallia ab ordinatio loci judice pi-  
gnus recte constituitur VVesel senbec. in comment. ff. de damn. infect.  
n. 6. & Excellent. Hahn. ad cund. num. verb. Etiam feudalia & Em-  
phytentia. Ioh. Koppen. decis. 30. n. 43.

X VI. Index porrò per arrestum jus hypothecæ credi-  
toribus in bonis debitorum constituit quippe in eo præcipu-  
us arresti effectus consistit. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 4. n. 10.  
Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. II. n. 26. & seqq. non im-  
merito

merito igitur in quæstionem hic venit, an à judice vasalli ordinatio  
citra domini consensum super debitibus vasalli in ipsam feudi  
substantiam arestum decerni queat. Et quoniam semper ad  
pignus in feudo constituendum domini consensus requiritur,  
non aliter in feudi substantiam arestum impertrari posse appa-  
ret, quam si iste accesserit. *Carpov. pos. IV. doc. V. de oner. Vasal.*  
*feudal. facit huc ordin. process. judic. Elector. tit. s. i. g. sonderlich hat.*  
*Nisi forsitan dominus feudi simul sit ordinarius loci judex, tum*  
*enim arestum in feudum efficaciter ab eo conceditur. Sed scrupu-*  
*lus adhuc superest, si arestum à judice ordinario, qui simul*  
*feudi dominus est, in omnibus ac universis debitorum bonis*  
*impertratum fuerit, an illud extendendum sit ad feudalia bona.*  
*Et cum generali bonorum voce feudalia bona non comprehen-*  
*dantur, 2. *fend. 26. §. in generali.* Ludolph. Schrad. *de feud. part.**  
*2. cap. s. n. 48.* tutius est, ut dicamus, tali aresto *feudalia bona*  
*non contineri, licet de lure Saxonico ex sanctione Electorali in*  
*Ordin. Process. judic. tit. s. i. g.* Wenn aber der Arrest in gemein auss  
alte des schuldners Güter angenommen wird, contrarium statuen-  
dum sit. Nihil tamen agnatis, qui non consenserunt, præjudi-  
catur, quo minus post prosecutionem arresti alienatum feudum  
citra pretii restitutionem post vasalli mortem revocare possint.  
Successionis enim jus ipsis per primam investituram quæsitum,  
citra proprium factum & interpositum consensum adimi ne-  
quit *arg. l. n. de Reg. Iur.*

XVII. Restat, ut consideremus nunc an lex pignus in  
feudo constituere possit, quod alias legale seu tacitum vocatur.  
Sciendum hic est, duobus modis à lege pignus in re aliquā con-  
stitui. Vel simpliciter ex legis dispositione, nullo planè facto homi-  
nis & consensu interveniente, vel partim ex lege, partim ex  
præsumtā voluntate contrahentium. Hoc mixtū legale, illud sim-  
plex vel merum dici solet. Excellent. Hahn. *in observ. ad VVeschn.*  
*tit. in quib. caus. pign. vel hypothec. n. i. Zoës. ad eund. tit. princ.* Perez. *ad*  
*Cod. b. t. n. i.* Si igitur pignus legale in feidis locum invenit,  
lex debet adesse, quæ vel citra factum hominis immediatè illud  
constituat, vel ex præsumtā voluntate & factō contrahentium  
consensu

consensu hoc inducat. In toto autem feudalijure, quin & in alijs  
juris communis partibus, nulla talis lex reperitur: Optimum  
igitur dictu erit, legitimum pignus in feudis locum non habere.  
Accedit, quod in constitutione Friderici 2. *feud.* ss. semper ad  
fendi oppignorationem verus domini consensus non ficta aut  
præsumta ejus voluntas requiratur. Iam si ille semper debet ac-  
cedere, nunquam lex, licet etiam fictæ voluntati assit, pignus  
constituet, quia vero domini consensui, qui vel ex verbis vel ex  
re elicitur, & ad feudi oppignorationem necessarius est, nun-  
quam respondebit: faciunt nobiscum Negusant. *depign. part. 2.*  
*membr. 2. n. 45.* Mynsing. *centur. 6. observ. 45. n. 3.* Berlich. *part. 2.*  
*conclus. 31. n. 3.* & alijs ab ipso citati. In jure Saxonico Electorali  
legitimum pignus in feudis nonnunquam admittitur, & qui-  
dem hoc expresè sanctum est de dote repetendâ in *Constitut.*  
*Electoral.* 45. *in fin.* *part. 2.* *de dotationi filiarum Vasallorum.* Torg. *Ausschr.*  
t. 45. 8. Es trågt sich auch oft zu, daß legitim ex novis feudis fi-  
liabus praestandum *Carpzov.* dec. 3. pos. 6. de aer. *Vasall.* *feudal.* Præ-  
terea jure Electorali tutoris bona feudalia tacite pupillis sunt  
oppignorata: quod etiam in bonis feudalibus administrato-  
rum obtinet, qui Ecclesia & alijs piis locis præsunt. Torg. *Aus-  
schreib.* tit. 45. §. ult.

XIX. Hactenus de personis, quæ feudum oppignorant,  
nunc de ijs, quibus feudum pignoriatur, & ut paucis rem o-  
mnem expidiām, sunt istæ, omnes vasalli creditores, quorum  
debitum pignus admittit: non autē requirimus in ijs, ut semper  
habiles sint ad acquirendū feudum: quia etiam tam animo, quam  
corpo imperfeci, uti sunt furiosi, mente capti, surdi, muti,  
cœci, claudi interdum domini consensu feudum acquirunt Ro-  
senth. c. 3. *concl. 8.* Sonsbec. *part. 3. n. 107.* multò igitur facilius e-  
rit ijs consensu domini feudum pignori dare, quoniam non  
statim omnis oppignoratio cum salienatione conjuncta est, sed  
tunc demum eam secum trahit, si debitor debitum exolvere re-  
cuset, alias feudum oppignoratum manebit penes debitorem  
vasallum, nec unquam adjudicari poterit ijs personis, quibus  
oppignoratum fuit.

C

XIX.Ha-

XIX. Et sic satis de personis; Iam consideranda sunt debita illa, pro quibus feudi oppignoratio fieri potest 2. feudum ipsum, quod pro debitispignori supponitur. Quod debita ipsa attinet, sunt illa omnia quæ pignus admittunt. arg. Cap. Imper. 2. feud. 55. Nulla enim excludit debita Imperator Fredericus, modò pignus consensu domini corroboratum recipient. Nō igitur intererit, utrum originem suā habeant ex obligatione naturali tantum, an ex obligatione mixta, utrū ex contractu vel quasi eriantur, an ex pacto legitimo descendant, modò sint ita compara-ta, ut ijs pigno vel hypotheca accedere possit. Elicitur inde pri-mū, debita, quæ ex obligatione naturali tantum descendunt, huc venire, quia illa admittunt pignus *l. 5. de pignor.* Secundo nec tantum illa debita mixta, quæ ex obligatione partim naturali partim civilī oriuntur, & verè talia sunt, huc referri pos-sunt, verū etiam illa, quæ à Doctoribus præsumtivè talia dicun-tur, qualia sunt ex judicato, confessio, jurejurando necessariò descendantia. His enim omnibus pignus accedere potest. Et quidem de re judicata hoc appetat ex *l. 15. de re judic. l. 3. C. de execu. judic.* De confessis idem facilè constabit, modo memi-nemus, quod confessi injure pro judicatis habentur *l. 50. de re judic. l. 1. de confess. l. unic. C. eod.* Iurisjurandi quoque aut po-tius sententia ex eo late eadem ferè vis est ac rei judicata. Re-tè ergo & illud huc referendum erit. Contra verò debita merē civilia, hoc est, quæ ex obligatione civilī tantum oriun-tur, quia exitu & re inutilia sunt in *l. 3. s. 1. de Conf. pecun. l. 112. de Reg. iur. l. 14. ff. de Compensat.* & perpetuā exceptione posunt perimi *s. 1. 2. 3. Infb. de except.* adeoque pignus non admittunt, excludenda erunt.

XX. De feudo ipso hac regula tenenda erit, quod omnes res, quæ in feudum dantur, & ad quarum oppignorationem consensu domini opus est, in hunc censum veniant. arg. text. 2. feudi. 55. neque enim Imperator ibi distinguit inter feuda, sed generaliter dicit, feudum aliter oppignorari non posse, nisi permissione illius domini, ad quem illud spectat. Conveniunt cum hac opinione ipsi hujus textus interpretes Andreas de Hernia

Ifernus, Matthæus de Afflissis Bartholomæus Camerarius & alij;  
nullum enim feudum ab ijs excipitur, modò ad ejus oppigno-  
rationem domini consensus requiratur: neque ab hac recedit  
quotidiana observantia. Quin recè dicimus, quæ feuda in  
contractum Emtionis Venditionis veniunt, ea etiam pignori  
dari posse, quia quod in dicto Cap. Imperial. de Emtione Venditi-  
one, illud etiam de pignore affirmatur. At notum est, quod  
libet feudum venire in contractum Emtionis Venditionis, si  
consensus domini interveniat Ergo etiam quodlibet feudum  
aptum erit ad recipiendum pignus faciunt huc optimè. l. 9. §.  
1. de Pignor. l. 1. §. 2. Quæ res pignor. vel hypoth. dat. oblig.  
non poss.

XXI. Dicitur in regula demonstrata, quod res omnes,  
quæ in feudum dantur huc veniant; iam in feudum dantur res  
eantum immobiles, sive naturaliter sint tales, sive civiliter.  
2. feud. 1. §. ult. 2. feud. 23. §. huius autem. Hæ ergo solum huc  
pertinent. Quænam verò res naturaliter sint immobiles, quæ-  
nam civiliter, & per fictionem juris translativam de re ad res  
ita fiant, restat, ut paulò prolixius consideretur. Naturaliter  
immobiles res est, quæ naturā suā moveri nequit, ipsum nimi-  
rum solū l. 7. de V. sufr. l. 1. de condit. tritic. l. 115. de V. S. & solo cohe-  
gens, ut prædium, ager, pratum, vinea l. 198. 27. 31. de V. S. sive na-  
turā l. 44. de R. V. sive artificio, uti sunt affixa, quorum stipites  
in terra defossi l. 17. 18. de act. Empri. Res civiliter immobilis vel  
est res corporalis mobilis, vel res incorporalis. Res corpora-  
lis mobilis pro immobili habetur quando ad rem quandam  
immobilem pertinet, nec, civiliter loquendo, ab eâ separari  
potest, vel, ut alias loquuntur, ratione cohærentiæ rei immo-  
bili inest, sic animalia, iuvenalia, & alia, quæ ad fundi sive  
pradii instructionem pertinent pro rebus immobilibus haben-  
tur Rosenthal. c. 9. conclus. 4. n. ult. ita machinæ bellicæ castris,  
ut ibi perpetuò sint, destinatæ, lexi in diversorio publico, instru-  
menta domus coquinariæ, braxatoriæ arg. l. 17. §. 7. de act. emt.  
pro talibus habentur. Res verò incorporalis licet naturā suā ne-  
que mobilis, neque immobilia sit, censetur tamen pro re immo-

bili, quando rei immobili inhæret, ut sunt jura rebus immobiliis inhærentia, uti jurisdictio superior, inferior, jus venandi, pascendi, jus vestigium, piscandi in fluminibus publicis, lignandi & alia 2. feud. 56. Knichen. de vestit. part. 2. c. i. n. 48, 49. §. c. 2. n. 6. 37. Noë Meurer. trattat. von Jagt und Forstrecht. Gail. 2. observ. 67. 68. Petr. Frid. de mandat. libr. 2. cap. 41. n. 2. de jure vestigium vid. tot. t. D. & C. de vestigial. A. B. tit. 9. Pacif. Osnabrig. art. 9. Haec ergo omnes res, quatenus in feudum dari possunt, hinc pertinent. Quæcunque verò res in feudum dari non possunt, illæ excluduntur ab hac classe: Quales sunt 1. res mobiles 2. feud. 1. §. ult. 2. feud. 23. §. hujus autem 2. res immobiles vel simpliciter hominum commercio exemptæ, ut res sacræ & religiosæ §. 8. 1. de rer. div. l. 1. ff. ed. l. 21. C. de SS. Novell. 46. Novell. 67. c. 4. auth. Preterea. C. de SS. Eccles. Vel ex speciali ratione alienari prohibitæ 2. feud. 3. §. 1. verb. Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur. De rebus tamen alienari prohibitis in genere sciendum est, quod haec unâ cum universitate quâdam rectè pignori dentur. arg. l. 22. 23. 24. de Contrah. Empl. l. 62. de acq. rer. dom.

XXII. Additur præterea, & ad quarum oppignorationem consensu domini opus est, non igitur sufficit, feudum adesse, quod oppignoratur, sed illud præterea ita debet esse comparatum, ut ad ejus oppignorationem consensu domini semper opus sit. Feudum ergo simpliciter & absolute hæreditarium, quia ejus oppignoratio sine consensu domini peragitur arg. 2. feud. 48. excludimus ab hac classe. Ut autem hoc eo clarius appareat, videndum hic erit, quid & quotuplex sit feudum hæreditarium, & utrum omne à censu onerum feudalium removendum veniat. Feudum hæreditarium est, in quo modus succedendi civilis locum habet, vel in quo succeditur modo jure civili usitato; hoc est, cum qualitate hæreditaria, adeo, ut in feudum hoc succedens, perinde ut hæres factum defunctorum præstare teneatur Hartm. Pistor. part. 2. quest. 14. n. 39. Carpzov. dec. ii. de oner. Vasall. feudal. p. 3. n. 20. Modus igitur succedendi civilis determinat essentiam hæreditarii feudi. Quotuplex ergo ille erit, quotuplex ipsum feudum hæreditarium invenietur. Triplieiter vero

vero modus succedendi civiles juxta Doctorum mentem in successione feudali adhibetur, triplex ergo etiam dabitur feudi hereditarii species. Prima est, quando feudi natura per pactum primæ investituræ adjectum ita immutata est, ut fam feminis, quam masculis in illud jure hereditario succedere liceat, & præterea Vasalli liberam tum inter vivos, tum ultimâ voluntate de eo disponendi facultatem habeant. arg. 2. feud. 48. Secunda est, quando in feudum jure hereditario à masculis tantum succeditur. Tertia est, quando in feudum non solum jure hereditario fit successio, verum etiam & feminæ & masculi ad illius successiōnem admittuntur. Rosenth. e. 2. concl. 36. Gail. 2. observ. 154. n. 7. 8. 9. 19. usque ad fin. Camer. in c. Imperial. §. Præterea ducatus de prob. feud. alien. in edit. Basileen. p. 775. Andri. de Isern. in c. 1. d. success. feud. n. 7. & in c. 1. an agn. vel fil. n. 1. Hartm. Pist. libr. 2. quest. 1. pertot. Prima species à Doctoribus vocatur feudum merè & absolute hereditarium: dux vero posteriores veniunt nomine feudi hereditarii mixti. Hinc statim colligere licebit, primam speciem solum removendam esse à materiali primæ debitorum feudalium classis, quia talis feudi oppignoratio propter liberam disponendi facultatem, quam in eo vasallus habet, citra dominii consensum recte perficitur: Feudum vero hereditarium mixtum, cum in omnibus retineat naturam feudi, nisi quod iure hereditario & interdum etiam à feminis in illud succedatur, referendum esse ad materiam onerum feudalium: ad illius enim oppignorationem semper consensu domini opus erit. Hoc tamen addendum est, in eo omnes feudi hereditarii species convenire, quod agnati, licet hæredes universales non existant, debita tamen vasalli pro rata persolvere teneantur, nec ab eorum exsolutione beneficio inventatii liberentur, quin nec hypothecam vel pignus revocare possint, modo in oppignoratione feudi hereditarii mixti domini consensu accelererit. Et hoc ideo in hisce feudis obtinet, quod ea rebus hereditariis annumerentur, nec agnati iure primæ investituræ & proprio, sed iure proximi vasalli defuncti in ea succedant. Aner. de Isern. in cap. 1. tit. qui success. teneanti. n. ult. & in c. 1. §. 1. tit. de success. feud. n. 7. Co-

varruv. libr. 2. variar. resolut. c. 8. n. 4. Barthol. Camer. in c. Imperial. s. præterea ducatus in edit. Basiliens. p. 776. Arcus Pinell. ad l. 1. C. de bgois matern. part. 3. n. 93. Mynsing. cent. 3. obseru. 67. n. 9.

XIII. Cum jam dictum sit de personis & feudis quatenus oppignorationem recipient tum etiam debitis pro quibus feudi oppignoratio fieri solet, restat, ut dicamus de consensu immediati domini, vel ejus qui vicem domini sustinet, super oppignoratione feudi interposito cum in eo forma nostri debiti feudaloris consistat 2. feud. 52. verb. nemini licere beneficia. Sc. 2. feud. 55. verb. sine permissione illius domini ibidemq; Camerarius vers. male concludatis. Ludolph. Schrader de feud. part. 8. c. 1. n. 22. Vbi igitur consensus immediati domini, vel ejus, qui vicem domini sustinet in oppignoratione alicujus feudi intercessit, firmiter concludere possumus, debitum illud esse feudale. Diximus primùm consensum requiri, cum autem consensus aliis expressus sit, alias tacitus, non immerito hic statim in quæstionem venit, utrum tacitus consensus sufficiat, an expressus semper requiratur. Constat verò, quod tacens quò consentiente habeatur juxta c. 43. de R. I. in oto. quod etiam vocabulum permissionis in ususque juris feudaloris textu ab imperatoribus usurpetur. Permititur autem aliquid tum expreßè, tum tacitè. Expresse, quando verbis approbo actum aliquem, tacitè quando non contradicco actui, cui poteram, & ni eum approbasse videri véllem, contradicere debebam. Inferunt inde nonnulli, tactum consensum sufficere ad ritè constituendum feudale pignus. Sed contraria sententia assertores, quique ad pignus in feudo ritè constituendum expressum domini consensum requirunt firmiori fundamento & ratione nituntur. Ordinariè enim tacens pro consentiente non habetur; si de ejus præjudicio & obligatione agitur. arg. l. 8. §. 1. de procurat. l. 8. §. 15. quib. mod. pigv. vel hypoth. solv. l. 5. de S. V. P. c. 44. de R. I. in oto. Quis autem non videt, omnem feudi oppignorationem cum metu damni, quod inde ad feudi dominum redundare queat, si debitor vasallus bonis labatur, conjunctam esse. Non igitur hic tacens pro consentiente haberi poterit. Nec aduersatur regula, quæ continetur in c. 43. de R. I.

de R. I. in bto. restringenda enim hæc est ad etum casum, quando de commodo tacentis agitur. Multò minus sententiam nostram destruit dubitatio ex vocabulo permissionis desumpta, quia vocabulum hoc juxta mentem legumlatorum Lotharii & Friderici intelligendum est, quibus sanè animus non fuit, in magnum dominorum feudi detrimentum, silentio vim & effectum consensui parem tribuere. Potest tamen interdum aliquid facilius intercedere, ex quo consensus domini recte elicetur, ita si vasallus feudum pignori daturus per literas domini consensum expetiverit, nec petitionem hanc dominus responione excepterit, videtur tacite consensum suum oppignorationis actui interposuisse, & hæc ratione nobis haud displicet Iulij Clari libri IV. sentent. §. feud. quest. 31. n. 13. & aliorum ab eo allatorum sententia, tacitum scilicet domini consensum sufficere ad feudum recte oppignorandum: faciunt huc etiam l. 18. ff. Mandat. l. 6. C. eod. Non verò satis est, dominum scivisse, aliquam feudi oppignorationem à vasallo institui, nec ei contradixisse, sed accedat insuper necesse est, signum aliquod, ut vocant, voluntatis illatum. Sentiunt nobiscum Barthol. Camerar. adl. Imperialem de prohib. feud. alienat. Bocer. class. disput. 20. thes. 88. & parum ab hac sententiâ discedit Mynsing. cent. IV. observ. 81.

XIV. Neque expressus consensus sufficit, nisi à Domino interponatur i/feud. 52. & 55. Ibidemq; Andr. de Isernia & Matthaeus de Afflictis. Olim quidem vasallus vel totum feendum vel partem ejus invito domino alienare poterat i. feud. 5. 13. 18. 12. feud. 9. 44. Sed constitutionibus Lotharii II. & Friderici I. Imperatorum optimâ ratione hoc mutatum fuit. Semper autem ejus consensus requiritur, sive Dominus sit masculus sive famina, sive clericus, sive laicus, sive in dignitate constitutus sive plebejus, nullo discrimine habito; hi enim omnes dominii feudi esse possunt, i. feud. 1. & 6. 2. feud. 3. 35. 91. Nec refert, utrum ipse consensus interponat, an per procuratorem hoc fieri cureret vid. thes. XIII & XIV. quod etiam à pupillo vel minore domino per tutorem aut curatorem recte expeditur, ut ex iisdem thesibus videre est. Cum verò dominium feudi vel penes unum

unum est, vel plures, vel integras etiam societates, sive illæ sine civiles, sive civilibus minores, uti sunt collegia Ecclesiastica, pro diversitate horum dominorum, diversimodè etiam consensus imperrandus erit. Si penes unum est, illius consensus solus sufficit, si plures domini inveniantur, uti accidere potest, mortuo feudi domino relicti pluribus liberis, vel omnes illi, vel unus communis nomine, vel, si consuetudo ita fert senior pro omnibus consensum interponere debet.

XXV. Quod si feudum ad civilem societatem pertinet, tum respiciendum est ad eos, qui summâ potestate in eâ gaudent. Et si ille unus est, istius consensus requiritur; si plures, iisque vel virtuo si, vel divites, illorum erit, consensum imperari: si autem omnes summâ potestate fruuntur, ab ipsis consensus imperandus erit, qui in administrandâ Republ. vice omnium perfunguntur. Accedit sâpenumero, ut Majestatis iura penes unam civitatis partem haud resideant, sed inter plures dividantur, & tum omnium eorum qui de Majestatis iuribus participant, consensu accedat, necesse est, nisi forsitan unicuius civitatis parti præ omnibus publicorum bonorum cura commissa fuerit. Sed hæc hactenus in thesi. Accedamus nunc proprius ad nostrum Imperium Germanicum. Videmus autem in eo primum communem aliquam totius Germaniæ Rempubl. quæ postmodum in multas & novas Rerumpubl. species dividitur. Commune illud totius Germaniæ corpus præ se fert formam regiminis ex Monarchia & Aristocratiâ mixti. Quid igitur ex politicis pœceptis dicendum sit, si feudum aliquod regale, qualia sunt Ducatus, Comitatus, Marchionatus, in pignus detur, ex paulo ante allatis appareat, nimirum non solum Imperatorem, verum etiam cœsteros imperij status in oppignorationem feudi consensu suo intervénire debere. Vt tamen & observantiâ aliud invalescere, quin & publicis legibus hâc in parte quicquam mutari potest. An igitur hoc in nostrâ Rempubl. factum fuerit, locus nunc est, ut perspiciamus. Ut autem breves simus, concludimus statim cum Excellentissimo Contingio in libr. de finib. imper. German. cap. XIX. p. 389, jam inde

nde à Friderici II temporibus usu obtinuisse, ut nulla alicuius imperii partis alienatio neque sic etiam oppignoratio subsisteret, nisi adhibito tum Electorum, tum cœterorum Principum atque ordinum consensu, idque ex cœratatione, quoniam jam tum imperium nostrum Respubl. erat ex Monarchia & Aristocratiâ mixta, atque adeò maximarum rerum consultatio ab omnibus imperii statibus, uti vocant, in Publicis imperij comitijs instituebatur. Inter maximas autem omnino referendum est alienandi & oppignorandi alicuius regalis feudi negotium.

**XXVI.** Postmodum seculo decimo sexto Caroli V. tempore Electorum jus quod ante solo usu, atque consuetudine nitebatur, ceperit corroborari publicis legibus. Invenimus enim in singulis Capitulationibus (ita autem vocantur leges Imperatori ab Electoribus haec tenus solum præscriptæ, super quas ante coronationem jurare tenetur) aliquid hanc dare sanctum est, in capit. Carol. V. §. 9. Hec verba extant. Zu dem vnd insonderheit sollen vnd wollen wir dem heiligen Römischen Reich vnd dessen subhörungen / nicht allein ohne wissen / willen / vnd zulassen gemeldeter Churfürsten sämplich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere wege vereuern oder beschweren / sondern vns auch aufs höchste bearbe ten / vnd allen möglichen fleis vnd ernst fürwenden / etc eadem verba repertuntur in capit. Ferdinandi I. §. 8. Maximiliani II. §. 6. Rudolphi II. §. 8. Matthei. §. 8. Ferdinandi II. §. 8. Ferdin. III. §. 9. Ferdinandi IV. §. 9. Leopoldi §. 12. Eo tamen nihil derogatum est ducū & cœterorum imperij statuum iuribus. Hæc tantum inter Electores & cœteros imperij status quo ad hanc juris publici partem ex eo tempore differentia orta est, quod Electores jus in alienationis negotio ipsis competens non tantum tacitâ verum etiâ expressâ lege propugnare potuerint, duces vero & cœteri imperij status solâ lege non scriptâ id est usu & consuetudine jus illud tueantur. Quod tamen forsitan à tempore initia pacis Osnabriugensis & Monastrensis aliter dicendum est. Quicquid enim ex partibus imperij tu in regem Galliæ, tum in Sveciæ reginam translatum est, id non solius Imperatoris &

Electorum, verum omnium imperii statuum consensu faciuntur  
esse, ex utriusque pacis instrumento colligitur. Instrum. pac. Osnabrug. s. x. verb. Ideo Cesarea Maiestas de consensu Electorum, Principum & statuum imperii, cod. s. verb. Secundo Imperator de consensu totius imperii non ita longe post. Tertio Imperator de consensu totius imperii. Instrum. pac. Monaster. s. quo magis autem dicta pacis  
etque amicitia. Secundo Imperator & Imperium cedunt transferuntur.  
Accedit quod omnes & singuli Electores, Principes, & statuti Imperii sine contradictione jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis imperii gaudent. Instrum. pac. Osnabrug. s. viii. Maximum vero imperii negotium est oppignoratio alicujus regis feudi, quae cum vera alienatione conjuncta est. Concludimus ergo, licet non directe aliquid in instrumento pacis tum Osnabrugensis tum Monasteriensis ea de resancientia inveniatur, tamen per bonam consequentiam hinc aliquid deduci posse, quod maximopere ducum atque principum ius stabilitat atque corroboret. Facit huc apprime etiam cesso civitatis Bisontinæ in Regem Hispaniæ anno 1651. 15 Martii facta primum ab Imperatore, salvo tamen Electorum, Principum & statuum imperii consensu, promissione simul facta regi Hispaniæ, se in proximis comitiis eorum consensum procuraturum esse, utpote in negotio publicam imperii salutem concernente. Ab Electoribus hac alienatio postmodum codem anno 23 Maii: 2  
ceteris statibus imp. in Comitiis Ratisbonæ 3 Febr. 1654. approbata est. Si pars alicujus ducatus, & quidem, si totum respicias, minima oppignoranda est, quin hoc à singulis Ducibus juxta hodiernam consuetudinem sine imperato Imperatoris & statuum consensu fieri possit, nulla fere dubitatio relinquitur, videatur hanc de re consilium Dn. Frantzki, quod magna ex parte  
a Dn. Struvio Syntagma. tur. feudal. c. xix thes. xxiv, in exge-  
enumeratur.

XXVII. Diversæ autem sunt à publicâ imperii regiminiis formâ, multæ illæ societates civiles, in quas commune totius Germaniæ corpus dispercitur. Nonnullæ enim & quidem maxima carum pars ad Respubl. Monarchicas sic satis propè acce-  
dit,

dit, quales sunt Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus; aliae ut in quibusdam Imperij urbibus liberis videre licet imitantur Aristocratias: sunt denique civitates, quæ administrantur formâ regiminis in Democratis usitatâ. Si igitur in hisce Rebuspubl. Vasallus feudum aliquod oppignorare velit, ab iis consensus super oppignorationis actum impetrandum erit, qui Rebuspublicis hisce præsunt: in Ducatu, à Principe ipso: in Aristocratiâ, à rectoribus istius Aristocratiæ: in Democratiâ denique ab iis, quibus à populo summa Reipubl. administratio jure Magistratus commissa fuit. Hienim omnes sunt instar dominorum feudi. Facit huc l. ult. C. de vendend. reb. civitat. libr. xi. tit. 31. agitur quidem in eâ de venditione rei ad civitatem pertinensis, sed quia oppignoratio ex quæ ac venditio annumeratur alienationum speciebus, non incommodè videtur mihi argumentum aliquod inde desumi, adque oppignorationis actum accommodari posse add. Nicol. Losæus tract. de iur. Universitat. part. 3. c. 5. Mæv. adjus Lübec. part. 3. tit. 3. n. 28. In Ecclesiastici feudi oppignoratione præter cognitionem causæ, cum capitulum & prælatus vicem dominorum sustinent, eorum consensu opus erit. l. 17. s. 1. C. de SS. Eccles. Novell. 7. c. 2. Novell. 120. c. 4. C. 5. Clement. 3. de Reb. Eccles. non alien. tot. tit. X. de reb. Eccles. non alien.

XXIX. Immediati verò domini consensus formam dat pignori in feudo constituto. Hinc in oppignoratione alicuius subfeudi, non superioris, sed subinfeudantis domini: consensus accedere debet. Et enim tranquâ directi & immediati domini consensu non interveniente, ipsum pignus non subsistet. arg. 2. feud. ss. 5. illud. Zas. in epit. feud. part. 9. de feud. alien. n. 34. Molinæ in consuet. Paris. §. 1. gloss. 6. n. 11. Melius tamen sibi consulent creditores, si non tantum subinfeudantis, verum etiam superioris domini & agnitorum consensum impetrant. Alias enim mortuo subinfeudante extinguerit statim jus hypothecæ, quippe jure datoris jam resoluto. Pignore verò feudali, consensu domini superioris & agnitorum, munito, non prius feudum domino aperatum, vel ad cuius successionem agnati jure primæ investiturae admittuntur, à pignoris nexus liberabitur, quam à creditoribus

ab ijs satisfactum fuerit: quod tamen eo de casu subaudiendum est, si pignus in re subinfeudari haud solita constituatur. Quod si vero illud in re contrahatur, quæ subinfeudari consuevit, ne agnatorum quidem & superioris domini consensu opus erit, sed hunc oppignorationis actum, qui robur suum unicè ab immediati domini consensu accepit, utrique ratum habere tenentur, licet ad ipsos feudum devolutum fuerit. Camerar. ad l. Imperial. edit. Basile. pag. 39. Hartm. Pistor. libr. 2. quest. 44. n. 6.

XXIX. Porro quicunque non habent directum feudi dominium, illorum consensus non requiritur ad constituendum pignus feudale. Tales vero sunt. 1. filii vasalli oppignorantis feudum, 2. agnati 3. simulatiane investiti de jure Saxonicæ 4. qui jūs expectativæ in feudo consecuti sunt 5. quibus aliquid ex feudo debetur, uti mulier propter dotem in feudum illatum jūs exigendi dotalitium ex feudo habens, filii feudorum incapaces, quibus alimenta ex iis suppeditantur. Quamvis autem dictum sit, agnatorum consensum ad oppignorationis feudalis formam nihil conferre: multum tamen conducet creditoribus, si interpositus fuerit. Non enim tum ipsis integrum erit, jure delatae successionis post mortem, vasalli sine pretio revocare feudum, quemadmodum alias ipsis licet, si oppignoratio feudi eorum consensu careat. 1. feud. 8. §. hoc quoque 11. feud. 26. §. Titus 39. 45. De quibus igitur hæc tenenda regula est. Quicunque agnati, vel simulataneæ investiti in oppignoratione feudi antiqui legitimè factam haud consensere, illi vel oppignorationem feudi vel distractionem ob eam factam pro ista parte revocare possunt, quando ordo succedendi eos tangit, pro quā parte feudum ad ipsos pertinet. Nititur hæc regula partim paulò ante allatis textibus partim eo, quod agnati primâ investiturâ jūs quæsitum in feudo habent, quod ipsis citra proprium factum adimî nequit l. m. de R. I. l. fin. de paci. l. 7. de paci. dotal. l. 74. de R. I. tot. tit. Codex int. al. aet. Omnes igitur agnati consensum dare debent, cum oppignoratio feudi omnes tangat c. 29. de R. I. in 6to. Ad quem tamen interponendum à vasallo cogi non possunt: Berlich. decis. 125. Inde sequitur, quod si plures sunt in pari gradu, & nonnulli tantum

tantum eorum consensere, pro rata horum pignus in feudo constitutum non poterit revocari; reliquis tamen ius revocandi salvum manebit: si in diverso gradu sunt constituti; tum, si proximior consensit, feudo ad ipsum devoluto, aut solvere debitum, aut distractionem feudi permittere debet: si remotior, nec illi ius erit revocandi feudum, si id jure successionis ad eum deferatur. Vbi enim eadem ratio est, ibi etiam par est ut idem ius statuatur l. 32. ad leg. Aq. l. 102. de V. O. & quod juris est de toto, quoad totum, idem etiam iuris est de parte, quoad partem l. 76. de R. V. l. 7. §. 6. de Paet. Andr. de Ifern. c. .i. §. hoc quoque de Success. Fend. quem sequuntur Alvarotus, Matthæus de afflictis ibi. Adeò vero omnium agnitorum consensu requiritur, ut etiam illi, qui tempore alienationis nondum concepti fuerunt, revocare possint feudum, si postmodum in lucem editi, in oppignorationem haud consensere. Andr. de Ifern. ad ditt. §. hoc quoque. Alvarot. Martin. Laud. & Præposit. ibid. Agnatis minoribus vel pupillis non aliter ius revocandi feudum à tutoribus vel curatoribus juxta ius commune consensu remitti potest, quam si Magistratus decretum intervenerit arg. t. f. D. & C. de Reb. minor. fin. decret. non. alien. Filii tamen agnitorum consensus parentum ideo obterit, quia ius eorum à paterno iure dependet, adeoque jure revocandi patris consensu extincto, nec illi eo frui poterunt. Hartm. Pistor. libr. 2. quest. 7. n. 50. & seqq. Ut autem consensum ab agnatis præsumit esse dici possit, non sufficit eos interfuisse oppignorationi & tacuisse, sed requiritur insuper eos declarasse verbis vel factis, se ne agnatos in alienationem consentire arg. reuec. 2. feud. 39. 26. §. Tiriu. i. feud. 5. §. præterea. Hartm. Pistor. libr. 2. quest. 7. n. 11. & seqq. Rosenthal. c. 9. conclus. 77. §. 78. Ioh. Koppen decis. 14. n. 67.

XXX. Diximus præterea in feudi antiqui oppignorationi, removimus ergo hinc feudum novum, licet enim hoc sine agnitorum consensu pignori detur, non tamen poterit ab iis recuperari actione feudi re vocatoriâ: Nihil enim juris in eo propriè quæstum habent, sed illud primum nanciscuntur, si mortuo primo acquirente feudum ad ipsos deferatur. Ante illud

Illud igitur tempus absque agnatorum consensu, modo dominus interveniat, feudum novum efficaciter pignori subiicitur. Quod tamen de simultaneè investitis aliter dicendum est: his enim ius in feudo proprio factò per simultaneam scilicet investituram quæsum est. Hartm. Pistor. libr. 2. quest. 5. n. 92. Et quidem oppignoratio antiqui feudi legitimè fieri debet hoc est ei debet accedere consensus domini. Vbi igitur hoc non fuerit factum, consensus agnatorum nihil operabitur & incasum adiicietur. Neque eorum partes tuebimur, qui arbitrii sunt, hoc casu agnatos nihilominus obstrictos esse ad persolvenda debita, licet feudale pignus non subsistat: refragatur enim huic, quod consensus ultra mentem consentientis extendi haud debet, l. 19. in princ. si cert. petat. In eum autem finem consensus oppignoracioni adjectus fuit, ne ista oppignoratio post mortem vasallii ab agnatis revocaretur, non ut aliorum obligacionem in se susciperent. Oppignoratione igitur propter deficiente formam haud subsistente, nec agnatorum consensus eam validam reddet, multò minus operari poterit, ut ad alieni debiti exolutionem circa voluntatem obligentur. Carpzov. part. 2. Conf. 46. def. IX. Aliud tamen dicendum est, si consensus ad inducendam obligationem efficax interpositus fuerit. *C. tot. tit. D. de O. C. A. l. 1. de Prescript. verb.* Carpzov. part. 2. confit. 46. def. X. & eatenus sententia Audr. Rauchbar. part. 1. quest. 45. defendi potest.

XXXI. Illa deinde regula nostra verba vel oppignorationem feudi revocare, ita intelligenda sunt, quamdiu scilicet possessio ipsius feudi penes agnatos, eorumque filios qui non consensere permaneat: interea enim temporis ius pignoris quasi intermoritur, quod postmodum statim reviviscit, si feudum ad eos, qui consensere, vel ad ipsum dominum consentientem perveniat. Eam vero ob causam addidimus verba, vel distinctionem feudi, propter oppignorationem factam revocare, quia feudum consensu domini oppignoratum licet à creditoribus in casu non factæ solutionis distrahitur, etiam si consensus agnatorum non interveniat. Quia tamen alienatio sive in ex-

tranum sive in agnatum remotionem facta à proximiōibus  
duplici yā revocatur, vel vivo adhuc vasallo alienatore, vel  
mortuo eo: Prioris modo, si intra annum idem pretium em-  
tore restituatur, quod alias vocatur jus protimicēs: 2. feud. 3.  
§. 2. 2. feud. 9. §. porrē post mortem vasalli, si intra spatiū tri-  
ginta annorum à tempore delatae successionis actio revocato-  
ria adversus emtorem feudi instituitur, & hoc casu absque pre-  
tio recuperari alienatum feudum potest, 2. feud. 26. Titius 2.  
feud. 39. 1. feud. 8. §. hoc quoque. Andr. de Ifern. & Martha. de Af-  
fici. ad dict. text. Non autem prius actio revocatoria institui  
potest, quam si jus succedendi in feudum ad agnatos devolva-  
tur, & ideo regula inferuimus, quod tum demum revocari pos-  
sit feudum, si ordo succedendi agnatos tangat, 2. feud. 26. 6. Ter-  
tius. Hartm. Pift. part. 2. quest. 6. n. 59. Garpaov. part. 2. conf. 48.  
def. 13. Interdum specialis aliquis regionis consuetudo, non re-  
quirit agnatorum consensum, & tum juri retortionis locus e-  
rit, uti hujus rei elegans responsum invenitur apud. Dn. Struy.  
in Syntagma. Iur. feud. cap. XIV. th. 29. in exeg. n. 9.

XXXII. Hactenus vidimus, quod domini consensus  
constitutus formam debiti nostri feudalis; quod itidem agnato-  
rum consensus haud patrum proibit creditoribus. Reliquum  
nunc est, ut de filiis videamus. Quod autem eorum consensus  
nihil faciat ad debiti nostri substantiam, ex eo statim apparet,  
quod domini consensus eam solūm constitutus 2. feud. 52. C. 55.  
Manet tamen adhuc in dubio, utrum filii consensu eorum, feu-  
di alieni⁹ oppignorationi non accedente, post parentum mor-  
tem agnatorum instar pignus revocare possint. Et denegan-  
dum ipsis est hoc beneficium per texti, 2. feud. 45, ubi dicitur fili-  
um non repudiare posse hereditatem patris & feudum reti-  
nere. Ex quo textu simul & hoc colligi poterit, quod filius in  
feudum succedat tanquam heres: quemadmodum enim heredi-  
ti non licet partem hereditatis apprehendere, partem vero ne-  
gligere, l. 1. & 2. D. de acquir. vel omitt. heredit. l. 20. de Iur. delib.  
Ita nec filius feudum retinere potest, repudiata hereditate juxta  
allegat. text, quod tamen ipsi licet, si in persona ejus feudum

non

non annumeraretur rebus hæreditariis. Nam verò si filius in  
feudum succedit tanquam hæres, fictione juris pro una cādem  
que personā cum defuncto parente habetur. *Novell. 48. impræ-*  
*fat. vers. cum utique nostris videatur legibus.* Atque adeo omni  
dubitacione caret, eum ad factum parentis præstandum obliga-  
tum esse, tanquam hæredem in universum defuncti jus succe-  
denti. *m. l. 24. de V. O. l. 62. de R. J.* Accedit secundō, quod jus  
revocandi feudum in jure feudali solum agnatis tributatur, non  
verò filios, *2. feud. 3. 6. 2. verb.* tum enim rescribā in vestiturā *2. feud.*  
*9. 3. port. 2. feud. 30.* quod etiam legitima alienata feudi subsi-  
stat, quamdiu alienans & ejus hæredes masculi seu filii vivant,  
*1. feud. 8. 9. hoc quoque 1. feud. 18. 2. feud. 9.* Quod denique filius  
mediante patris persona in feudum succedat, atque sic feudū  
et quē patri ac primo acquirenti acceptū referre debeat. Ut jam  
nihil loquar de argumento, quod ex eo desumi potest, quod feu-  
dum ob delictum parentis amisum ad filios non revertatur, *2. feud. 31.* Nec refert, sive filii cum inventario, sive absque eo  
hæreditatem patris, adierint. Vtroque enim casu feudum re-  
bus hæreditariis accensetur. Nec minus filii minorib[us],  
quam qui majores facti sunt, denegatur revocatio feudi à patre  
alienati. Videantur de his omnibus. *Hartm. Pist. libr. 2. quest. 13.*  
*n. 33. Sonsbec. tract. de feud. part. 9. n. 159. Herm. Vultei. de feud.*  
*libr. 1. cap. 9. n. 114. Berlich. libr. 2. conclus. 56. n. 11. & seq. Dn. Rich-ter. dec. 29. n. 4. C. 7.*

XXXIII. Ordinariè igitur filij acquiescere debent in ali-  
enatione à parentibus factā: quia tamen hoc ipsum in multis ca-  
sibus fallit, nonnullos & præcipuos eorum breviter adjiciemus.  
Primus est, si consentientibus agnatis filius de feudo patris,  
tanquam de novo investiatur, *2. feud. 45. in fin. Andr. de Ifern. in*  
*d. c. n. 6. Matth. de Affliti. ibid. n. 35. Sonsbec. part. 9. n. 166. 2.* Si  
filius in testamento patris fuerit præteritus, inque eā præteri-  
tione acquieverit. *Schrader. de feud. part. 8. cap. 8. n. 12. Sonsbec.*  
*part. 9. n. 165. 3.* Si justè ex hæredatus fuerit, modo ex hæredatio  
ex eā causā facta non sit, ob quam etiam filius à dominio feudo  
privari possit. *4.* Si injustè ex hæredatus fuerit noluerit tamen  
infr-

infirmare testamentum per querelam in officiosis. Sonsbec. part.  
9. n. 166. Schrader. part. 8. cap. 8. n. 12. s. Si filij patre adhuc vivo  
certum portionem acceperint & hæreditati paternæ juramen-  
to renuiciaverint. Sonsbec. part. 9. n. 167. Schrad. de feud. part.  
8. cap. 8. n. 13. Mynsing. centur. 6. obſerv. 6. n. 1. & seq. Sed hic ca-  
ſus ſemper carere debet fraude tam parentum quam filiorum.  
Nam alias omnia in creditorum perniciem a debitoribus aliena-  
natar evocari & irrita reddi poſſunt actione Paulianâ, arg. tot.  
tit. que in fraud. credit. 6. Si feudum unâ cum patre iplis quoque  
filiis vel patri contemplatione filiorum fuerit concesſum, quia  
cum non mediante patre in feudum ſuccedunt, ſed immediate  
hoc a domino conſequuntur. 7. Si filii non patri ſed ayo in  
feudum ſuccedat, quamvis haꝝ poſteriorēs due non videntur  
propriè exceptiones eſſe a regulâ. Præposit. in capit. anagn. vel  
fil. n. 6. Zasius de feud. part. 8. n. 11. Schrad. part. 8. cap. 8. n. 14. Quod  
haſtenus de filiis diſtum eſt, idem quoque in filiabus locum ha-  
bet, licet patri non immediate in feudo ſcemeino ſuccedant,  
ſed demum morte agnatorum ſubſecutâ, feudum ad iplas per-  
veniat. Dn. Carpoz. 6. reſpons. 116. Dn. Richter. decif. 79. n. 10.  
& ſegg.

XXXIV. Debet præterea consensus domini immediati  
direc̄tus eſſe ad actum oppignorationis feudi, non verò ſuper  
alio aliquo actu eſſe interpoſitus, arg. 2. feud. 52. & 55. Deciden-  
da inde eſt utiliſſima illa & ſepiuſ acriter ventilata q̄aſtio de  
conſimatione instrumenti contractus in quo feudum a debitore  
oppignoratur, utrum haꝝ ſimil extendenda ſit, ad hypothe-  
cam ſive pignus, ita ut dominus illud conſenſu ſuo ad conſir-  
mandum instrumentum contractus dato corroboraffe ceneſatur.  
Et quamvis Doctorum haꝝ de rediſſentientis ſit opinio, eo-  
rum tamen nos numero adjungemus, qui negativa ſententia  
defenſores exiſtunt; idque ideo, quoniam voluntas Domini fu-  
iſſe non videtur, conſirmare hypothecam vel pignus, ſed potius  
instrumentum obligationis ſeu contractus. Cum verò conſen-  
ſus ſit ſtrictiſſimi juris, nunquam ultra conſentientis mentem,  
præſertim in re odiosâ, qualis eſt feudi oppignoratio, produci  
E debet.

debet. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 49. n. 60. & semper juxta ma-  
teriam subjectam, naturam rei & actus, super quo interponitur  
intelligendum est arg. l. 6. ff. de rescript. verb. l. 4. verb. Verum si  
emier ff. de usur. Nec aduersatur, quod consentiens instrumen-  
to consensum dedisti videatur ad omnia in instrumento contra-  
cta, adeoque ad ipsam feudi hypothecam, arg. l. cum principali.  
178. de Reg. Iur. l. iurisdictio 2. ff. ne jurid. Andr. de Ifern. in cap.  
unic. tit. qui success. teneant. Id enim tantum locum habet in ac-  
tibus inseparabilibus, quales non sunt actus obligationis &  
oppignorationis, alias enim positâ obligatione, statim poneretur  
pignus, quod manifestissimam veritatem impugnat. Aliter  
autem se res habet, si ex quâdam circumstantia appareat, men-  
tem hanc fuisse Domini, ut non tantum instrumentum obliga-  
tionis, sed etiam hypothecam in eo contentam consensu tuo  
corroboraret. Rite enim tunc constitutum erit feudale pi-  
gnus. Rationem hujus rei genuinam statim principium nostrum  
suppediat, consensus scilicet domini ad hunc oppignorationis  
actum directus fuit.

X X V. Sed quid dicemus de delegatione sive cessione  
hypothecæ feudalis? num illa rite fieri potest absque consensu  
superioris noviter interposito? Distingendum hic primum est:  
inter delegationem & cessionem. In delegatione, quia vetus pi-  
gnus extinguitur. l. 2. 3. C. de Novat. & Delegat. g. 3. l. q. m. toll. obo-  
lig. novo domini consensu opus erit: alias enim delegatum pi-  
gnus propter deficientem domini consensum, irritum esset. In  
cessione vero, quia pristinum pignus manet, saltē personā, cui  
oppignoratio sit, mutatā. d. l. 3. C. de Novat. & delegat. Excellent.  
Hahn. in observat. ad VVesenbec. tit. de Novat. & delegat. n. IX. verb.  
At nominis venditio aut cesso. Dn. Struv. in Syntagm. Iurisprud.  
civil. exercitat. 47. th or. Novus domini consensus non experien-  
dus est, sed pignus feudale semel legitimè contractum absque  
novo domini interventu in cessionarij personā continuatur.  
Nec obstat, quod certæ personæ oppignoratio facta esse vide-  
tur quia hoc non omni ex parte veritati respondet, cum jus il-  
lud reale pignoris feudalis ad hæredes creditorum transmit-  
tatur.

catur, quod fieri non posset, si pro personali iure venditandum sit. Illud enim cum personā, cui competit, ut ex usufructu, & aliis iuribus personalibus videre est, semper extinguitur, nec in hæredes est transitorium. Ut autem eo securius res creditorum agatur, solent illi non raro confirmationem cessi pignoris feudalis à domino feudi petere, quæ tamen in nullum alium finem interponitur, quam ut cessum pignus in cessionarij persona èd firmius stabilitatur, non vero ut præter confirmationem cessionis à domino factam novus ejus consensus ad feudale pignus in cessionarij personā constituendum requiratur Carpzov. de oner. vasall. feud. dec. 2. pof. 7.

XXXVI. Consensusvero domini in feudi oppignoratione ad principale debitum datus juxta unanime fere Doctorum suffragium extenditur etiam ad usuras ex feudo propter moram debitoris aliamve causam persolvendas, per regulam, quod accessorium principale suum sequatur, & quod de principali disponitur, porrigitur etiam sit ad accessorium, l. 26. g. 2. ff. de paet. dotal. §. si tamen 27. & S. cum in suo 30. Ins. de R. D. cap. accessorium 42. de R. I. in 6to. Carpzov. part. 2. const. 46. def. 32. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 12. Richter. de eis. 78. n. 25. Hic tamen amplius distinguendum est inter debita, quorum ea natura & conditio est, ut citra paciōnem pro iis interesse vel usura debeantur, & ea, quorum ratione non aliter usura persolvuntur, qnam si paciōm de iis interpositum fuerit. Priori casu consensus domini ita hypothecæ assistit, ut etiam quoad usuras operetur & vim suam extendat; Posteriori vero casu, nisi dominus in consentiendo expreſſe usurarum mentionem fecerit, nec ipse, nec agnati, earum nomine à creditoribus conveniri poterunt. Consensus enim induit naturam contractus, super quo interponitur, atque ita omnia, quæ ex ejus natura veniunt, tantum comprehendit. Carpzov. libr. 4. 18-184. spens. 63. n. 13. & 22. Richter. de privil. credit. c. IV. scđt. 2. n. 184.

XXXVII. Sepè porrò domini consensum suum clausulis reservatoriis constringere solent, qualis est, si immisceantur hæc verba instrumento consensus, quod non aliter à domino

mino concessus fuerit, quām salvo jure suo, vel, ut Germanica vocabula sonant, daß der gegebene consens dem Lehnen Herrn seinen rechten vnd gerechtigkeiten aufz alle Fälle un nachtheilig vnd unverfänglich seyn solle. Licet verò doctores de hujus clausulae genuino intellectu haud leviter disceptent, ad eorum tamen partes transgredimur, qui negant, iuvare eā dominum, quō minus feudo ad ipsum devoluta actio hypothecaria à creditoribus adversus eum intētari possit. Hartm. Pistor. libr. 2. quāst. 48. Petr. Heig. part. 2. quāst. 20. Nam prater id, quod sic creditores impetrantes domini consensum in feudi oppignoratione ferme fine suo exciderent, qui in securitate crediti consistit; alias huic clausulae effectus ideo tribui nequit, quoniam dominus videretur fraudulenter tuum egisse, & alterā manu abstulisse, quod una largitus fuerat; quod de viro bono haud præsumendum est. Andr. de Isern. in cap. 1. qui success. tenet. Hartm. Pistor. 4. quāst. n. 32. Nec sententiam nostram infringit, quod alias clausula hac reservatoria (salvo jure domini) inutiliter instrumento consensu adjecta esse videatur. Quis enim hoc ita audacter pronunciabit, cum per eam sibi Dominus majoris declarationis gratia, directum dominium & alia jura, quae verisimiliter quis concedere haud solet, arg. l. 6. ff. de pign. veluti sunt regalia, jura servilia, militaria reservasse dicendus sit, quo ipso sibi non ita male ivit consultum, arg. l. quā dubitationem 81. de R.I. Camer. in cap. Imperialem de prohib. fendi. alienat. per Frideric. pag. 206. Heig. part. 2. quāst. 20. n. 10.

XXXIX. Perlustravimus hactenus oppignorationem feudi purè factam. Consideremus portò, quid obtineat, quando sub conditione vel die incerto id est de quo dubitatur, an unquam extiturus sit, feendum consensu domini oppignoretur. Et quia nihil in jure feudali de eo determinatum invenitur, rectè cum feedistā 2. fendi. 1. ad legis scriptæ regulas castum nostrum accommodabimus. Latere autem haud cuiquam facile poterit, ante eventum conditionis, nullam obligationem nasci, l. 10. de condit. indeb. l. 26. de Condit. insti. l. 5. §. 2. quand. dies legat. ced. l. cedere 2. 3. de verb. oblig. l. 8. de peric. & commod. rei vendit. l. 2. §. 1. qui pot. in pign.

pign. eā autem existente perinde haberi, ac si ab initio purè contracta fuisset. Cum itaque sub conditione consensus dominī oppignorationi accesserit, pendente eā, debitum in feudo contractum dici nequit, quia casus ille incertus, sub quo consensus in oppignorationem feudi à domino datus est, nondum extitit: eā autem impletā, retro trahitur tempus ad diem dati sub conditione in feudi oppignorationem consensus. Quod accurate observandum est, quando quæstio incidit de prioritate debiti. Poteſt enim accidere, ut ante conditionis eventum purè feudum pignori detur, poſtea demum impleatur conditio. Hic queritur, an purum illud debitum ratione temporis præferendum sit conditionali oppignorationi, cuius conditio paulo ſerius implerat fuit. Et conditionali oppignorationi prioritatem temporis haud denegandam eſſe, firmiſſimè ex paulo ante poſto juris fundamento affiſtamus. Non enim à tempore implerat conditionis debitum hoc aſtimandum erit, ſed à die dati ſub conditione consensus, qui longè fuit anterior die purè factæ oppignorationi. Quia etiam dies ſimpliciter incertus, de quo dubitor, an unquam extiturus ſit, adjectus obligationi inſtar conditionis in jure habetur, i. ſi dies 21. 22. quando dies leg. vel fideicom. ced. facile apparet, quid dicendum ſit de oppignoratione, quæ ſub tali die inſtituatur ad conditionalem ſcilect oppignorationem eam referendam eſſe, cum juxta dictas leges diei incerti adjectio ita illam reddat. Quæ igitur paulo ante de conditionali oppignoratione prolata ſunt, jam noſtro ca ſui applicabimus, ſtatuentes, oppignorationem feudi, cui dies incertus dictus eſt, non prius ratam atque firmam eſſe, quam ipſe, velut conditio, ſub quā iſte oppignorationis actus inſtitutus eſt, adveniret.

XXXIX. Divergium ab hiſ caſibus eſt, quando dominus ad certum tempus conſenſum ſuum oppignorationi feudali impertivit. Et quia hic tempus perimenda obligationis causā & in modum termini ad quem adjectum eſt, quo adveniente finit obligatio, & poſtmodum ex eā conuentus tueri ſe poterit paciū aut dolii mali exceptione h. 4. Sei. de O. G. A. 1. cum qui 56. §

4. de V. O. recte dicimus elapso illo tempore & prorogatione non imperatâ, jus pignoris extingui, multoq[ue] magis, quando clauula, ut vocant, casatoria seu annullatoria accesserit, das der consens nach verfließung der Zeit nichtig seyn soll. Rosenthal, cap. 9. membr. 1. conclus. 18. n. 12. Berlich. part. 1. conclus. 66. n. 58. Carpzov. part. 2. const. 23. def. 24. n. 2. 5. 7. Dn. Richter. de concurs. credit. cap. 4. sett. 2. n. 102. Quod si verò dominus fendi consensi suo ad certum tempus dato conditionem, quam vocans reservativam inferuerit, id est, & sibi & debitori reservaverit finito isto tempore, liberam pignoris reliundi facultatem, idq[ue] tempore elapso facere neglexerit: consensus tacitè prorogatus censetur, nec prius feudum liberatur nexus pignoris, quam revolutione plenâ ac ritè subsecutâ. Carpzov. part. 2. const. 23. def. 25. Richter d. l. 108.

XL. Effectus horum debitorum consistit in jure pignoris creditoribus in re feudali oppignorata acquisto, quod spectatur in facultate retinendi, persequendi & vendendi. Ius retinendi iis creditoribus competit, quibus feudum oppignoratum consensu domini atque agnatorum traditum est; possessionem enim pignoris habent naturalem l. 37. S. 1. de pignor. act. l. 7. S. 12. Comm. divid. l. 37. pr. de A.R.D. Cui tamdiu recte insistunt, usque dum solutio fuerit facta. Neque hanc solum propter sortem verum etiam propter usuras retinere poterunt arg. l. 4. & 22. C. de usur. Quod si in possessione turbentur, vel plane vi dejiciantur eâ, adversus turbatores vel vi dejicientes competunt ipsis remedia possessoria tum retinendâ tum recuperandâ possessoris. Naturaliter enim possident: quibus sane hæc remedia handenelegantur l. 1. S. 9. de vi & vi arm. V Vesenbec. adeund. t. t. n. 11. & Excellent. Hahn. in observat. ad hunc locum.

XLI. Quia verò dominus, feudo ipsi aperto, vel agnati jure proprio succedentes, non nisi in subsidium, deficientibus bonis allodialibus, debita, pro quibus feudum ipsorum consensu oppignoratum est, solvere tenentur. Schrader. part. 7. c. 7. n. 42. Barthol. Camerat. in d. l. Imperiale pag. 84. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 46. Richter. decis. 78. n. 9. facile perspicitur, non prius jus

jus persequendi feudalis pignoris creditoribus competere, quam heredes debitoris valalli excussi fuerint. Neque enim dominus feudi in se recepit debitum, sed suo consensu hypothecæ robur atque formam dedit: neque agnati consentientes se principales debitores constituerent, sed in eum finem oppignorationi consenserunt, ut & ratione ipsorum hypotheca subsisteret. Quod igitur alias hoc casu obtinet, possessores scilicet rei opignoratae non ante conveniri posse, quam excussi fuerint debitores principales, eorumque heredes. *Auth. Hoc si debtor. l. de pignor. Novell. 112. c. 1. §. 3. Gail. 2. obser. 27. n. 7.* Idem & huic applicari potest, dicimusque dominum directum, aut agnatos, quorum consensu feudum oppignoratum est, non prius actione hypothecaria conveniri possit, quam hereditariis bonis excussis. Ceterum successores feudales non solum excussionis exceptione tueri se poterunt, verum etiam, si aliqua hereditaria bona ad ipsos perveniant, justam eorum retentionem contra heredem habent, donec ea debita, unde actiones ipsis metuenda sunt, persolvat: quippe facile fieri potest, ut heres prodigè se gerat, nec satisfaciat creditoribus ex rebus hereditarijs. Non igitur feudi successoribus vitio vertendum erit, si legitimo retentionis remedio utantur, constituantque sese extra periculum subsidiariæ actionis. Imò quod plus est, possunt ab herede exigere inventarium, si hereditatem profundat, cautionisque præstationem, ne quid prius velit ex rebus hereditariis in proprios usus convertere, quam debita defuncti in dicti domini & agnitorum detrimentum vergentia persoluta fuerint, adque id imperato judicis mandato rectè cogentur: uti hanc rem latè tradit. *Dn. Mæv. tractat. discuss. levam. inop. debit. c. 7. n. 188. 189.* In Electoratu Saxonico bona allodialia non prius excutienda sunt, sed statim successores feudales hujusmodi debita persolvere tenentur *part. 2. confit. 46. verb. Die LandErben darmit verschoner werden.* Quod si vero possessores feudi actione hypothecaria conventi, exceptionem excussionis opponere neglexerint, jus repetendi solutum ab heredibus non habent, cum res eorum haud gesserint, sed gotius omissa excussionis exceptio-

ne, suo juri renunciasse videntur, quod cuivis liberum est l. p-  
nult. C. de pac*t*. Multò minus per condictionem indebiti solutum  
ab hæredibus recuperabunt. Nam præter id, quod hic non sub-  
est indebitum, actio hæc non nisi contra eum datur, qui solu-  
tum a ccepit l. 12. 46. de Condit*t*. indeb. l. 5. C. eod. quales non sunt  
hæredes, sed creditores defuncti vasalli.

XLII. Excussione bonorum factâ, si res hæreditariæ per-  
solvendis debitibus haud sufficiant, tandem ad jus persequendi pi-  
gnoris feudalis proceditur, quod consistit in actione quasi Ser-  
vianâ sive hypothecariâ l. 13. §. 4. & 5. de pignor. ad Servianæ exem-  
plum introductâ l. 1. in fin. C. de precar. quæ competit creditorib-  
us vasalli defuncti, quibus feudum legitimè fuit oppignora-  
tum, adversus quoslibet feudi successores, eosque, qui dolo fe-  
cerunt, quò minus possideant arg. l. 16. §. 3. de pignor. l. 13. de R. I.  
ad hoc ut possessor totum debitum unâ cum usuris creditoria a-  
genti solvat, aut feudum pignoratum restituat d. l. 16. §. 3. de pi-  
gnor. Duo autem in hac actione à creditore probanda veniunt.  
Alterum est, feudum legitimè oppignoratum à reo possideri;  
alterum, dominium illius utile penes debitorem vasallum tem-  
pore obligationis fuisse. arg. l. 3. & 15. §. 1. de pignor. l. 6. C. se alien,  
res pign. Quibus probatis, statim judex per sententiam defini-  
tivam jubet possessorem, feudum oppignoratum creditorî re-  
stituere, & si reus contumaciter in restitutione le gerit, ad e-  
am vel manu militari cogetur, vel juri jurando in item lo-  
cus dabitur l. 16. §. 3. de pignor. l. 5. pr. de in lit. iur.

XLIII. Possessione pignoris feudalis per actionem hypo-  
thecariam avocatâ, si feudi successores adhuc solutionem de-  
trectent, creditori ex pacto §. 1. inst. quib. alien. lio. vel non l. 4.  
de distract. pign. l. 4. §. 4. de pign. att. l. 4. C. eod. vel ex lege feudum  
distrahere & vendere, atque ex pecuniâ inde redactâ sibi satis-  
facere licet l. 7. & 14. C. de distract. pignor. quamvis pactum de non  
vendendo interpositum fuerit arg. l. 9. & 5. ff. de pignor. act. Eam  
tamen pignoris feudalis venditionem sapius denuntiatio præce-  
dere solet, nis scilicet casibus, quando nihil nominatim de ven-  
ditione cautum est, aut etiam ne vendere licet, pactum inter-  
venerit,

venerit. 1. 4 & 5. de pignor. alt. & ut paucis multa complestar, in venditione pignoris feudalium regulariter eadem solennitates adhibenda sunt, quas venditio rei allodialis, ut ita loquar, oppignorata requirit. Tantum de primâ debitorum feudalium classe.

XLIV. Exordiamur iam breviter etiam agere de secundâ onerum feudalium specie, quam nobis præbet favor causarum. Ante omnia igitur explorandum est, quot & quænam sint cause, quibus tum jus feudale, tum consuetudo universalis Germanicæ ita saret, ut propter eas constituatur nova quædam debitorum feudalium classis. Quatuor autem præcipue sunt 1. alimentatio, 2. dotatio filiarum, 3. petitio legitima 4. impenia in funis defuncti vasalli ejusque filiarum erogare.

XLV. Alimentatio igitur constituit primam speciem secundâ debitorum feudalium classis. Et quidem in filiis, qui ob animi corporisque morbum ad fendi successionem regulariter non admittuntur, feudale jus hoc debitum constituere videtur, ut appareat ex 1. feud. 6. §. m. t. Licet verò hic muti tantum mentio fiat, atque adeo juxta multorum opinionem textus ille ad personas aliis tam corporis, quam animi morbis laborantes haud extendendus sit: erit tamen æquius, ut de surdo, cœco, clando, vel alijs imperficijs, quibus regulariter feendum retinere non licet, idem statuamus, ita, ut etiam hinc non removamus mentis impotes arg. text: 2. feud. 36. in fin. Alimenta vero filiabus ex feidis debentur communi totius ferè Germanicæ consuetudine. Vultei. intrat at. feudal. libr. 1. cap. 10. n. 61. Sculpet. ad Modestin. Pistor. part. 3. q. 122. n. 33. Hartm. Pistor. libr. 2. quest. 37. n. 4. Carpzoy. p. 2. const. 46. def. 16. Richter de iur. & privileg. creditor. disp. 8. p. 239. Quod & de iis alimentis communiter affirmandum est, quæ debentur liberis ex bonis feudalibus, ubi jus senioratus & primogenitura vigeret Hartm. Pistor. d. quest. 37. n. 3. Scult. ad Modestin. Pistor. d. quest. 122. n. 35. Modo Eleitoratus seculares excipias. In iis enim publicâ lege hâc de realiquid sanctum invenitur. A. B. tit. 24. verb. Primogenitus filius succedit in eis, sibi solum jus & dominium &c.

**XLVI.** Personæ, quæ obligantur ad alimenta submini-  
stranda sunt omnes, ad quas post mortem vasalli feudum ex quo  
alimenta debentur, pervenit. Hartm. Pistor, d. quest. 37. n. 1. Rich-  
ter, de iuri & privileg. credit. disputat. 8. p. 239. Struv. in Syntagm.  
*Jur. feudal.* c. 14. thes. 17. in exeg. n. 1. Tales igitur sunt 1. omnes va-  
salli filii, nisi ad primogenitum tantum feudum devolvatur, vel  
nonnulli eorum feudorum sint incapaces 2. agnati 3. in regio-  
nibus, ubi jus Saxonum viget, simultaneè investiti 4. qui vi  
expectativa in feudo imperata succedunt 5. ipse dominus, si  
utile dominium cum directo in eo iterum consolidetur. 6. ad  
quem feudum debito hoc oneratum titulo dominii translati-  
vo derivatur. 7. subfeudatarius, si subfeudum eo onere prema-  
tur. Hi ergo omnes ad suppeditanda alimenta obstringuntur.  
Personæ vero, quibus alimenta debentur sunt liberi defuncti va-  
salli, vel qui feudorum incapaces inveniuntur 1. feud. 6. s. mutui.  
Carpzov. d. conslit. def. 28. Berlich. part. 2. conlus. ss. n. 70. & 71.  
Sunt vero huius filii minores, si loci consuetudine penes natu ma-  
ximum feudum solùm remaneat 2. isti filii & agnati, qui ob cor-  
poris animique morbum à feudi successione prohibentur 3. fi-  
lia, 4. nepos ex filio procreata mortuo patre ejus. Carpzov.  
libr. 4. Respons. 6. iung. l. 8. ff. de alend. & agnoscend. liber. Extra  
has personas nulli debentur alimenta ex feudo, neque etiam his  
si tantum habeant, quantum ad quotidianum vicium sufficiat,  
sive illud à parentibus sive aliunde acquisiverint, perinde est.  
Hartm. Pistor, d. quest. 37. n. 1. Coler. p. 1. de iuri. 28. & p. 2. decis. 17.  
Sculter, d. quest. 122. n. 34. 35. Præterea jus exigendi alimenta de-  
negatur liberis eorum, qui feloniam commiserunt, ob que tam  
feudo privatis sunt. Etenim id juris in feudo per patrem nanci-  
cuntur, quod feloniam commissa perit. arg. 2. feud. 31.

**XLVII.** Formam constituant alimenta personis alendis  
suppeditanda, quando ad incitas redactæ fuerint. Hartm. Pi-  
stor. d. quest. 37. n. 1. & 2. Camer. in*l. Imperialemp. 150. edit. Basiliens.*  
Richter. dict. disput. 8. pag. 239. Sculter. dict. loc. Quousque igitur  
alimenta se extendunt: eisque etiam extenditur debitum  
sostrum feudale. Cum vero nomine alimentorum veniant o-  
mnia.

missia ad vitam commode transigendam necessaria apparet, non tantum cibaria & vicuum, verum etiam vestitum, habitacionem, strata & lectos, sumptus studiorum, aquam in illis regionibus, ubi aqua vendi solet, medicamenta, ligna; immo etiam equos, si alimentarii dignitas ita exigat, & servitia sub alimentis nostroque debito feudali comprehendendi. l. 12. §. 3. de administrat. & pericul. tutor. l. 5. §. 2. de agnoscend. vel alend. liber. l. 1. §. ult. de alimento, vel cibar. legat. l. 6. §. 5. de Carbon. edit. Excellent. Dn. Hahn. in observat. ad VVesenbec. tit. de alim. & cibar. legat p. 1. Petr. Surd. de alimento. tit. 4. quæst. 7. Ifforum autem determinatio aut fit conventione partium, aut, si de ea convenire non possunt arbitrio & moderationi domini committitur, ubi statim respicendum est ad similes casus, quid alii ejusdem ordinis alimentorum loco dari solet, quænam sit dignitas eius. cui hæc debentur, quantum sit feudum ex quo perfolvenda sunt: alia demum sunt, quæ præstari debent masculo, alia, quæ fæmina, alia nobili, alia plebeio, puero, viro, adulto. arg. l. 10. §. fin. l. 22. de alim. & cibar. legat. l. 8. §. 10 & 11. de Transact.

XLVIII. Optimè verò ratione hoc introductum est, ne personæ alendæ cum summâ paupertate confundari, inquit eā miserè non sine aliquâ turpitudine defunctorum vasallorum tandem perire cogantur. Effectus jejunus potissimum consistit in conditione de alimento præstandis in factum subsidariâ, quæ alias etiam actio in rem scripta vocatur, iisque competit, quibus alimenta debentur, adversus quoscunque feudi operari successores ad necessaria vita subsidia ex feudo præstanta. l. 1. ff. de agnoscend. & alend. liber. Bartholom. Camerar. in cap. Imperiale, pag. 82. Richter. dict. disput. 8. p. 239. Auctori in hâc actione duo præcipue probanda incumbunt; primum est, eum ex vasallo defuncto legitime procreatum esse, vel, si agnatus est, qui forsitan propter aliquem animi, corporisque morbum à feudi successione removetur, demonstrari debet, eum proximo consanguinitatis vinculo vasallum mortuum attingere; alterum est, ad eam paupertatem auctorem redactum esse, ut necessaria vita subsidia ipsius deficiant. Quoad prius tamen amplius videntur

quum est, an liberivasalli in quasi possessione sint nec ne, quod  
inde disjudicandum erit, si pater eos ut liberos semper tractaver-  
it, nec unquam nominaverit aliter: tum enim ulteriori pro-  
batione supercedere poterunt, tantumque paupertatem suam  
demonstrandam habent: arg. l. ult. C. de ordin. cognit. Anton. Pe-  
rez. in evpos. tit. C. de alend. lib. & parent. n. 2. §. 3.

XLIX. Extinguitur debitum nostrum tribus potissimum  
modis, primus est, mors alimentarij. Ex parte enim recipien-  
tis jus alimentorum est personale nec transmittitur ad hæredes  
l. 8. §. 10. de Transfatt. Ex parte vero e jus qui ea præstare tenetur  
reale est, adque hæredes transitorium. l. 2. §. 1. l. 16. pr. l. 18. §. 1. de  
alim. & cibar. legat. l. 5. §. 17. de agnos. & alend. lib. 2. finitur hoc  
debitum, quando personæ alenda ad lautiorem conditio-  
nem emerserint 3. Extinguitur hoc singulariter in filiabus,  
dotatione earundem facta. Dos enim vicem alimentorum  
subit;

L. Accedimus ad dotem, quam itidem non tam jura feu-  
dalia, quam æquitas & totius Germaniæ consuetudo oneribus  
feudalibus annumerat: Vultei. libr. 1. c. 9. n. 56. Hartm. Pist.  
libr. 2. quæst. 37. n. 2. Borcholt. in tractat. feudal. c. 7. n. 74. Gail.  
1. obseru. 117. Carpzov. part. 2. const. 46. def. 16. Richter. de concurs.  
cred. disp. 8. p. 230. De regno Neapolitano idem testantur. Andr.  
de Isernia & Matthæ. de Afflict. ad iux. 1. feud. 8. §. quid ergo. Tan-  
tum vero abest, ut lex scripta vel usus feudales nobis hac in re  
inserviant, ut contrarium potius, feudum scil. in dotem dari  
non posse ex 2. feud. 9. §. donare autem i. luce clarius appareat.  
Vnica igitur hujus oneris causa est æquitas, ei que superstructa  
laudabilis illa totius Germaniæ consuetudo.

LI. Ut autem cognoscamus, quænam sint personæ ad do-  
tem ex feudo persolvendam obligatae, lubet hanc regulam ap-  
ponere. Quæcunque persona feudum onere dotis persolvendæ  
aggravatum possident, illæ obstrictæ sunt ad dotem personis  
competentibus exsolvendam. Hoc enim onus feudum ipsum  
ita afficit, ut semper possessorem ejus ad exsolutionem dotis ob-  
ligatum teneat, & prout ille mutetur, ita etiam actio ex hoc o-  
neri.

nere competens. Non verò prius feendum onere hoc gravari dicendum est, quam vasallus filias habens in eam egestate si ne culpa conjiciatur, ut nec vivus dotem dare queat, nec post mortem tantum relinquat in bonis, quantum ad legitimani & commodam elocationem sufficiat. Matth. Coler part. 1. decis. 28. n. 4. & decis. 213. n. 1. Sculter. in addit. ad Modest. Pistor. part 3. quest. 122. n. 86. Ioh. Schneidvni. ad 9. fuerat. 29. n. 97. inst. de Action. Iam verò feendum debito hoc oneratum interdum possident ipsi parentes filiarum dotalidarum, eo scilicet casu, quando nihil præter feudalia bona iis suppetit, unde legitima dos constitui queat: idem 2. accedit interdum fratribus 3. agnatis 4. domino ipsi, si aperto feudo ad eum illud revertatur 5. ijs qui novam ejus à Domino investituram impetrarunt 6. ad quos titulo dominij translativo feudum consensu domini pervenit, qualis est titulus Emitionis, donationis, legati, permutationis & alij, modo credidores paterni solutionis titulo feudum non acquisiverint. Tum enim filiabus adversus hos nulla actio conceditur, propterea quod dos ijs prius non debeatur, quam creditoribus paternis fuerit satisfactum arg. l. 8. §. 9. ff. de Inoff. testam. Gail. libr. 2. obser. 119. n. 11. & obser. 120. n. 2. Et pro modo facultatum patris constitui soleat l. 66. 169. §. 4. ff. de jur. dot. l. 43. ff. de legat. 3. quæ nullæ sunt, nisi ære alieno prius exoluto l. 72. ff. de jur. dot. l. 39. §. 1. ff. de V. S. Hi ergo omnes ad exolutionem dotis obligantur. Personæ verò quibus dos debetur sunt filia defuneti vasalli, quod etiam extenditur ad nepotes tantum ex filio non filia procreatas Carpov. libr. 4. respons. 65. Debent autem esse pauperes, & gena, atque ab omnibus fortunis derelictæ, ita, ut nec aliunde habeant, unde legitima dotis quantitas confiat, nisi aliquando circumstantia & æquitas aliud suadent. vid. Carpov. decis. illust. 173. 174. & tract. de oner. vasall. feudal. dec. 3. pos. 4. nec ad paupertatem vel parentum vel propriâ prodigalitate redactæ esse debent, malitiosis enim jura non succurrunt. Quodsi verò dotem aliunde comparaverint, sive sit adventitia, sive profectitia jus eam ex feidis exigendi regulariter non habent, quia hoc onus tantum in subsidium ex feidis debetur, ut ex allegat. Doctor. constat.

IH. In feudo bene attendendum est, dotem quidem ex eo  
deberi, ipsum vero feudum in dotem dari non posse 2. feud. 9.  
§. donare autem 1. Quia dotis datio species alienationis est, per  
quam dominium rei dotalis in maritum transfertur, §. per tra-  
ditorem 4. Inst. de R. D. l. 9. §. 1. l. 75. ff. de jur. dot. l. 23. C. eod. quod  
finito matrimonio redit ad mulierem, nisi statuta loci vel pa-  
tialia aliud velint, arg. l. 30. pr. C. de Iur. dot. Nam vero nec mu-  
lier potest habere feudum communiter, excepto femeino 2.  
feud. 30 & 30. quod tamen concedendum esset, si largiremur, feu-  
dum in doteni dari posse. Sequitur inde: patrem filia quidem  
commoditates & fructus feudi in dotem dare posse, ipsum vero  
feudum non item 2. fratres agnatos & reliquos feudi successo-  
res obstrictos esse ad dotem filiae defuncti vasalli ex feudalibus  
bonis suppeditandam; ipsum vero feudum ut in dotem conce-  
dant, cogi non posse, neque ipsis licere absque domini consensu,  
etiam velint. Potest quidem pars feudi maritis filiarum ita  
cedi, ut fructus & commoditates ex eo percipient usque ad le-  
gitimam & convenientem dotis summam, non vero ut in per-  
petuum retineant, inque eo jus vasalli sibi vindicent. Quod  
si enim contra hoc admissum fuerit vel a Patre vel a fratribus,  
vel ab alijs personis ad dotem ex feudo solyendam obligatis,  
eadem amissionis pena eos omnes manet, quam afficiuntur, qui  
citra domini consensum rem feudalem alienant, quounque  
etiam alienationis titulo hoc fiat, 2. feud. 52. 55. 42. & 44. Alias  
si consensus domini in isto alienationis actu, qui per dotis da-  
tionem perficitur, intervenerit; effugient quidem vasalli feu-  
dum in dotem dantes hanc amissionis penam: agnati tamen,  
quorum consensus non impetratus fuit, nihil de jure suo per  
primam investituram quanto amittunt, sed illis adhuc nullatum  
manet jus sine pretio per triginta annos post vasalli mortem  
feudum in dotem datum revocandi, arg. 2. feud. 39. verb. nisi agna-  
tis consentientibus 2. feud. 26. §. Titius. verb. Sempronius proximior  
agatus 1. feud. 8. §. hoc quoque. Duobus tamen casibus feudum  
in dotem dari potest 1. Si dominus consenserit, arg. 2. feud. 52.  
& 55. Excellent. Hahn, in observat. theoret. pract. ad VVesenbec. de

*jur. dot. n. 3. ad verb. Fenda.* 2. Si tale sit feudum, quod sicut est  
enetur, 2. *feud. 17. verb. Hac marito.*

LIII. Forma consistit in congrua quantitate filiabus ex  
fendilibus bonis loco dotis in subsidium debitâ. Ut autem  
cognoscatur, quænam sit quantitas congrua: Considerandum  
hic primum est, pretium ipsius feudi, tum & alienum, quo illud  
forsitan oneratum est, quin & patris dignitas, facultates dotan-  
tis, numerus liberorum, ipse maritus, in quo loco positus sit:  
maxime vero communis illius regionis consuetudo, ubi feu-  
dum situm est, ex quo dos petatur, l. 60. l. 69. §. 4. ff. de *jur. dot. l.*  
*43. de legat. 3. l. 9. C. de administrat. tutor. l. 28. C. de Episc. audienc.*  
*l. 31. §. 18. de Aedit. edit. l. 23. dell. Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 11. &*  
*seqq. Matth. Coler. part. 1. decis. 28. n. 4. & decis. 213. n. 1. Carpzov.*  
*part. 2. const. 46. d. 18. Exigua tamen dos ex feudo constitui so-  
let, adeo, ut, licet quis feudum magni pretij possideat, raro tam-  
en ultra mille florenos, saepius vero minus, filiabus ex feudo  
in dote in concedatur. Hartm. Pistor. d. quest. 37. n. 18. Carpzov.*  
*d. const. 46. def. 18. Nec ratione caret hæc consuetudo, quippe*  
*ad conservandum familiarum splendorem haud parum con-  
fert: alias enim fieri potest, ut, si amplæ dotes constituantur,*  
*propter dotalitium, quod in vicem dotis surrogatur, ita pater-  
na aggraventur feuda, ut statim post parentum mortem e ma-  
nibus filiorum exeat, nec hi recuperandi potestatem nanci-  
scantur; id quod trito illi causam dedit, mulieres divites libe-  
ris paupertatem afferre, Germanice Reiche Weiber arme Kinder.*

LIV. Sæpe accidit, ut partes inter se de quantitate  
dotis determinandâ acerrimas contentiones foveant, & tum i-  
psius domini moderatio & arbitrium intervenire debet, enjus  
non parum interest, ne feuda dote vel aliis oneribus nimium  
aggraventur. Hartm. Pistor. d. quest. 37. n. 19. Matth. Coler. d. de-  
cis. 213. n. 2. Carpzov. d. const. 46. def. 18. n. 7 & 8. Haud tamen  
leviter errant illi, qui determinationem dotis unicè ex legitima  
djudicant, cum consuetudine introduci possit, ut longe mi-  
nor quantitas: quam quæ legitimam expleat, loco dotis ex feu-  
do persolyatur, yeluti prater Hartm. Pistor. d. quest. 37. n. 22. & seqq.  
testar-

testatur Matthæ. de Affiliat. libr. 3. constit. Neapolit. rubr. 27. n. 33.  
Et inde videretur sequi, ut, quoties dos peti posset, toties etiam  
jus petendæ legitimæ filiabus competeteret, quod in feudis ideo  
denegandum est, quia in iis mulieres & filiæ ab intestato regulariter non succedunt, quibus solum jus est exigendi legitimam  
arg. l. 6. §. 1. ff. de Inoff. testam. l. 8. C. eod. Nec in minori errore  
coecutiunt, qui ex dote uni filiarum à parentibus datâ, certam  
quantitatem reliquis filiabus debitam inferre velint. Pre-  
terquam enim quod parentibus etiam jure naturæ liberum sit,  
modò non nimia inæqualitas inde resulhet, quantitatem dotis  
in unâ filiâ pro libitu augere, in alterâ verò minuere: quid ve-  
tat, eos, si circumstantia ita exigant, in constitutione dotis ob-  
servata semel quantitatem immutare. Ex gr. Cum prima  
elocaretur filia, parentum res multò lautiores erant, nec is e-  
tiam liberorum numerus aderat, qui postmodum accessit, for-  
san ipsius etiam mariti dignitas ampliorem dotem postulabat,  
& quæ alia permovere poterant parentes ad largam dotem con-  
stituendam, quæ omnia secusse habent, cum secunda filia nu-  
bat. Non igitur eadem dotis quantitas utriusque filiæ à patre  
concedenda est. d. Confir. 46. def. 19. Vtrum verò filia dotem  
ex feudis debitam ante matrimoniorum contractum ad hæredes  
tam legitimos, quam testamentarios transmittere queant, for-  
san adhuc reliquum est, ut consideremus. Et, si tutâ viâ veli-  
mus ingredi, negativam sententiam cueri, optimum erit, dici-  
musq; ante nuptias nullum jus esse filiabus ultimâ voluntate de-  
dote ex feudis debitâ disponendi, neque eam ad hæredes ab in-  
testato succedentes transmittri posse. Tum quod dos sine ma-  
trimonio esse nequit, §. penult. Inst. de nupt. l. 3. ff. de Iur. dot. l.  
ult. Cod. de donat. ante nupt. l. 24. C. de nupt. Tum quod debitum  
dotis semper hanc conditionem annexam habet, si matrimo-  
nium fuerit insecum, l. 10. §. 4. l. 21. l. 48. de Iur. dot. Condi-  
tione ergo nondum existente, filiæ in dote constitutâ nil juris  
sibi vindicare poterunt, l. 42. ff. de O. & A. multò minus earum-  
dem hæredes, l. 54. l. 120. ff. de R. I.

L V. Diversas verò & iustissimas ob rationes debitum  
præsens

præsens introducendum est, primò enim filia vasallorum hac ratione multò facilius & honestiori etiam nubendi conditione maritos accipient, arg. l. 19. ff. de rit. nupt. secundò mariti cò libentius matrimonij onera sustinebunt, arg. l. 12. S. oportebat C. qui pot. in pignor. Denique ipse foeminae rei familiari diligenter studebunt, dum rem ad se aliquando ordinariè reddituram, nisi dotalitium constituatur, simul curent. Effectus potissimum dijudicatur ex actionefiliabus ad petendam dotem competente. Illa vero est conditio ex moribus, quia obligatio, mater hujus actionis ex jure non scripto sive consuetudine totius Germaniae originem suam habet. Vid. Excellent. Hahn. in observ. theoræ practic. ad VVesenbec. tit. de Condit. ex lege n. v. Et instar actionis in rem scripta datur adversus fendi possessores, arg. l. 1. & 2. C. de Cens. Camer. in l. Imperialemp. p. 82. edit. Basile. licet filiabus nullum jus reale in feudo quæsitum sit, ad legitimam dotis quantitatatem ex eo persolvendam. Estque modo dativa, modo nativa, prout obligatio, unde ejusmodi conditio oritur, quandoque immediate ex lege descendit, nonnunquam factum hominis, qualis est promissio marito facta præsupponit. Competit verò tam filiabus, quam maritis, si propter parta dotalia post mortem uxorum penes eos permaneat, quin etiam filiarum hereditibus, cum mortuis filiabus dos ad eos perveniat: nec prius extinguitur, quam si post initum matrimonium triginta anni præterfluxerint arg. l. 3. de Prescript. 30. annor. Plura de hac actione adjicere institutum nostrum prohibet, nisi quod tria in eâ regulariter & præcipue probanda veniant 1. demonstrari debet paupertas filiarum dotaliarum 2. feudum ad earundem parentes ut vasallos pertinuisse 3. possideri jam ab iis, aduersus quos hac actio instituitur. Et tantum etiam de onere dotis ex feudo præstando.

LVI. Ad secundam debitorum feudalium classem, quam favor causarum constituit Doctores referunt eos etiam casus, quando personæ ad legitimam relinquendam obligatae in commendis feidis vel omnia sua bona vel maximam eorum partem ita consumerunt, ut iis, quibus hac debetur, vel planè nihil relin-

relinquatur, vel legitima integra non remaneat. Dicunt enim, possessores eorum feudorum tum teneri vel ad integrum legitimam persolvendam, vel ad id, quod ei deest, supplendum. Camerarius in dialogo ad §. preterea ducatus edit. Basileens. p. 863. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 38. n. 63. & seqq. Carpzov. part. 2. const. 46. def. 24. Jacob. Scult. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 122. n. 48. & n. 99. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 75.

LVIII. Ast nihil in jure feudal i.e. de re dispositum inventur, recurrentum igitur erit ad jus civile, ad quod casu aliquo eveniente, qui feudorum jure determinatus non fuit omnis cordatus judex laudabiliter se convertit 2. feud. 1. Adduci autem hoc non incommode potest totus titulus codicis de inofficdonat. Vti enim in aliis inofficiois donationibus, ita etiam in nostro debito parentes & liberi deserunt partes & officium suum, easque personas, quibus legitima debetur, absque ullâ causâ cœco aliorum amore eâ defraudant. Personæ ad legitimam persolvendam obligatae præsentis debiti nexu ligantur. tales verò sunt 1. pater 2. mater 3. avus 4. avia l. 1. 2. 5. 7. C. de in off. donat. Novell. 118. c. 3. verb. nec si per quamlibet donationem, s. liberi, nam à liberis etiam parentibus legitima relinquenda est arg. l. 4. C. de inoff. donat. 6. Fratres, quando feudum cum omnium bonorum jacturâ comparatum in turpem personam transmittunt arg. 9. 1. de inoff. testam. Tum verò demum hæ personæ ad exsolutionem debiti nostri obstrictæ sunt, quando in coëmendis feudis ita bona sua exhauserunt, ut vel tota legitima, vel aliqua ejus pars personis, quibus ea debetur deficiat. arg. l. 6. 7. 8. C. de inoff. donat. nec interest, ad quos feuda emta perveniant, sive enim sint filii sive extranei vel agnati perinde erit l. 1. 2. & 7. C. eod. Omnes enim hi donationis titulo feudum accepisse evidentur.

LIX. Personæ, quibus legitima ex feudo emto persolvida est, partim sunt liberi, partim parentes. Per liberos intelligimus tam filios, quam filias. Filios iis casibus, quando parentes eum feudum in primogenitum saltem transmittunt, tum reliqui filii per querelam inofficiose donationis legitimam à primogenito fratre petere possunt. De quo casu præcipue agit.

git allegat. Camerar. ad l. imperialem. in d. dialogo ad s. præterea  
ducatus p. 863. edit. Basileens. Filias verò quando emtum feudum  
à parentibus ad solos filios transfertur, deque eo allegati Do-  
ctores in thes. 58. unanimiter ferè consentiunt. Enumerata au-  
tem persona non tantum à feudi emti possessoribus legitimam  
petere possunt, quando jam natæ sunt, cum iste contractus Em-  
tionis institueretur, verum etiam si post initum emtionis ven-  
ditionis contractum in lucem edantur: quia æquæ his ac reli-  
quis liberis tempore contractus jam natæ legitima debetur, ne-  
que in deteriore loco habendi sunt. arg. l. 5. C. de inoffic. donat.  
l. 9. in fin. C. de liber. prater. Quod parentes attinet, ii jus exigen-  
dæ legitimæ ex feudo emto habent, quando liberi beneficiorum  
immemores hæreditatem parentibus relinquendam in emtione  
bonorum feudalium profundunt in eum finem ut eos à legitimâ  
& portione legibus debitâ injustè excludant. Inofficioſa enim  
donatio hic iis personis à liberis facta esse præsumitur, ad quas  
fenda emta pervenient. arg. l. 4. C. de inoffic. donat.

LIX. Quod si queratur, unde legitima personis, quæ  
in eâ læduntur, persolvenda sit, facilis responsio occurret, eam  
deberi ex fendo bonis allodialibus comparato. Hartm. Pift.  
d. quæst. 38. n. 63. Carpzov. d. const. 46. def. 24. n. 5. Iacob. Schult.  
ad Modest. Piftor. d. q. 122. n. 99. Et quidem si totius legitimæ ja-  
ura facta est, integra persolvenda erit: sin pars tantum ejus a-  
missa, deficiens pars feudi emti successoribus supplenda in-  
cumbet. arg. l. 7. C. de inoffic. donat. Perez. in prelect. ad Cod. cod.  
tit. 114.

L X. Formam huic debito feudali dant effusæ & immo-  
dice illæ ex bonis allodialibus in fendorum comparationem fa-  
ctæ impensæ. Andr. de Isernia ad c. Imperialem s. Præterea duca-  
tus. Camerar. in d. dialogo ad s. Præterea ducatus. Hartm. Pift.  
quæst. 38. 163. Carpzov. d. Consti. 46. def. 24. n. 4. Quod si e-  
num mediocres illæ fuerint, ita, ut nihil detrimenti inde ad  
personas, quibus legitima debetur pervenerit, debitum no-  
strum feudale statim cessat, abest enim forma dans huic esse, pro-  
fusio scilicet bonorum in fendorum emptionem facta. Siye au-

rem contractu Emtionis Venditionis, sive etiam alio feuda comparata fuerint, modò sumtus in eorum comparationem erogati vergant in detrimentum eorum, quibus legitima debetur; statim adeat debitum feudale, cum modus, quo consequimur feuda pro bonis allodialibus est tantum accidens oneris hujus feudalium, substantia vero illius unicè sita est in ista sumtu & bonorum erogatione, quæ vel totam legitimam vel partem ejus exhauiat. Vnde porro sequitur perinde esse, sive ipsa bona allodialia permittentur cum feudalibus, sive prius bona allodialia vendantur, & postmodum pretio accepto feudum aliquod acquiratur, vel pecunia in id mutuo sumatur, ut amplissimum aliquod feudum ea comparari possit, & autem alienum hoc nomine contractum successores aggravet, ut integrum ipsis ex hereditate legitimam percipere non liceat. Demum in astimanda legitimam semper inspiciendum est tempus mortis Anton. Faber, in Cod. b.t.def. 7, quia emtor feudi alia bona acquirere potest, ex quibus legitima mortis tempore detur. Contra vero haud raro accidit, ut tempore contractæ emtionis venditionis bona legitima sufficiant, postmodum propter supervenientem paupertatem ita imminuantur, ut tempore mortis, iis, quibus legitima persolvenda est, inde satisfieri nequeat, & aequitas exiget, possessores emti feudi nihilominus ad legitimam exsolvendam obstringi. Videtur enim hic subesse donatio quadam in officiosa re inita, licet fraudulentum donatoris consilium non intervenerit, quæ licet usque ad legitimam revocatur. Perez, in prelect. ad Cod. tit. de inoffic. donat. n.s.

LXI. Optimum ob finem onus hoc feudale introducendum est, ne persona, quibus legitima debetur immodicam donatione citra justam causam portione debitâ preventur, sed si incognitantiâ quâdam, vel etiam deditâ operâ talis bonorum profusio acciderit, succurritur læsis aequissimo juris civilis remedio ad revocandam inofficiosa donationem introductio, quod communiter vocatur querela inofficiosa donationis. Et datur iis, quibus legitima debetur, perque immodicam erogationem bonorum allodialium in comparatione feudorum factam vel

vel quoad totam legitimam, vel quoad aliquam illius partem  
læsi fuerunt, aduersus eos, ad quos feudum emtum vel successio-  
ne vel destinatione emtoris titulo donationis pervenit, ad id,  
ut in officiosa donatio occasione emti feudi facta vel usque ad  
totam legitimam vel deficientem ejus partem revocetur, arg.  
tot. tit. Céd. de in officios. donat. Nec prius proponitur, quam à  
morte emtoris, quia legitima non prius debetur. Perez. allegat.  
loc. n. 7. Tempus verò, intra quod proponi debet, est quinque-  
nium, arg. l. fin. C. de in offic. donat. Ex hisce jam positis appa-  
ret, tria à personis, quibus legitima persolvenda est, in hac acti-  
one ut plurimum probanda esse. Primum erit, legitimam illis  
debeti: Alterum, emtorem illud bonorum impendium fecisse  
in coēmendis feudis, ut vel integra legitima exhausta fuerit,  
vel pars tantum ejus imminuta: Tertium est, feudum emtum  
ad possessores titulo lucrativo pervenisse. Et sic satis delegiti-  
mā ex feudo emto persolvendā.

LXII. Claudant tandem species debitorum feudalium  
secundū classis, impensæ in funus defuncti vasalli, ejusque filiæ  
erogatae. Si igitur vasallus in eā egestate moriatur, ut impensæ  
ad honestam sepulturām necessariæ ex ipsis hæreditate nouæ  
superfint, suadet summa æquitas, eas à vasalli successoribus  
suppeditandas esse. Max. discurs. levam. inop. cap. VII. n. 182. verb.  
sumtus in funus vasalli facit. Struv. Synops. feudal. cap. 14. thes. 20.  
Pariter si post vasalli mortem ipsius filiæ eā cum egestate con-  
flentur, ut mortuæ non relinquent, unde ipsarum funus ho-  
nête duci possit, iniquum est si feudi successores denegarent  
sumtus ad exequias carum faciendas necessarios. Honestate  
ergo suadente rectè Doctores eos obligatos pronunciant ad ha-  
rum impensarum erogationem. Carpzov. part. 2. const. 46. def. 23.

LXIII. Personæ igitur ad sepultura sumtus in subsidium  
erogandos obligatae sunt feudi successores: Sive igitur ii filij  
existant, sive agnati, sive extranei, sive feudum ad verum domi-  
num revertatur, in subsidium obligati erunt ad hoc feudale de-  
bitum Carpzov. d. def. 23. n. 4. Personæ verò sepelienda sunt  
vasallus ejusque filiæ Max. discurs. levam. inop. d. c. VII. n. 182.

Carpzov. d. def. 23. Quæri hic potest, quid in uxore vasalli obtineat: licet autem allegati Doctores ne verbulo quidem illius mentionem faciant, & quins tamen erit, nec ei hoc pietatis officium denegare, propterea quod æquè vasallo mortuo injuria fieri videtur, si uxoris cadaver dedecore afficiatur, ac si filia ex eo natæ insepulta maneat. Non prius tamen feudi successores ad id tenentur, quam si nulli propinquui adsint, qui necessarios funeris sumtus erogare queant. Alias enim arctior illa est obligatio, quæ inter uxorem vasalli mortui & ejus propinquos propter sanguinis vinculum intercedit, quam eâ, quâ feudi successores extranei sâpè homines uxori defuncti vasalli ad funeris sumtus obstricti sunt. Æquè ac si filia sorores alii matrimonio junctas inquere lautâ constitutas habet, feudum verò vel ad extraneum vel ad verum dominum devolvatur, tum non hi, verum sorores obligatae erunt ad funeris sumtus suppeditandos.

L X V. Forma consistit in impensis ad sepulturam in subsidium faciendam necessariis: istæ autem variant ratione personæ sepeliendæ, ratione etiam feudi, unde sumtus sepulturæ erogantur, l. 14. §. 6. & 10. ff. de relig. & sumt. funer. adquæ eas pertinent vestes lugubres, pretium loci, ubi quis sepelitur, pepla & fascia serica, quæ funus portantibus & comitantibus, proximisque cognatis dari solent, arg. l. 14. §. 3. & 4. l. 37. ff. d. tit. quin & impensa conviviorum, si loci consuetudo vel dignitas defuncti talia exposcat, eò referenda erunt, arg. l. 14. §. 10. eod. tit. Ratio hujus introduceti juris videtur hac fuisse, ne mortuus vasallus ejusque filia defunctæ insepulta jaceant, non sine magna defunctorum corporum turpitudine, neve cadavera terra haud concredita fætoreni excitant, & pestem alias morbos civitatibus inferant, vid. Carpzov. p. 1. conf. 39. def. 22. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 6. n. 116.

L X V. Effectus in eo potissimum situs est, ut successores feudales rogatu propinquorum vel etiam sponte suâ ab ordinario Magistratu ex officio cogi possint ad funus ducendum. Prius tamen constare debet de extremâ defunctorum paupertate,

rate, quodque vel nullos vel non propiores aut egenos cognatos habeant, alias hi, si tantum in bonis habent, una cum agnatis funus curare debent. Sit nonnunquam, ut alij nomine successorum feudi funebres sumtus suppeditent, sique vel mandato eorum hoc faciunt, vel insciis iis. Priori casu competit mandati actio iis, qui sumtus erogarunt adversus feudi successores ad factarum impensarum repetitionem, arg. l. 14. §. 15. ff. derelig. & sumt. funer. Posteriori vero casu oritur actio funeraria, quæ datur iis, qui sumtus ad defuncti vasalli funus ducendum necessarios non animo donandi, l. 14. §. 7. d. tit. expenderunt adversus feudi successores ad id, ut impensa factæ restituantur, l. 12. §. 2. de relig. & sumt. fun. Et est hæc actio bona fidei, & adjæctitia quædam qualitas quasi contractus negotiorum gestio- nis, arg. l. 14. §. 16. eod. tit. §. 25. Inst. de act. Quod si defunctus vasallus non omnibus bonis lapsus sit, successores feudi exceptione dolii mali tuti erunt, quia funeralis impensa in subsidium demum ab iis debentur. Et sic finis impositus est secunda disputationis parti, quæ agit de debitis feudalibus ex favore cau- sarum ortis.

LXVI. Tertiam & ultimam debitorum feudalium classem constituunt onera, quæ ex conversione rei in feudum facta descendunt. Quandocunq; igitur aliquid in feudum conversum est ab ea personâ, qua ad id obligata non erat, statim contrahitur debitum aliquod feudale, non attentâ personâ, qua impensis fecit, cum ipse vasallus possessor debito hoc feudum onerare possit, ut jam nihil dubij super sit de agnatis atque extraneis. Ita vasallus obligatus non est ad novarum ædium exstructionem in fundo feudal, quando igitur tale quid ab eo factum fuit, post mortem hæredes ejus impensas factas repetere, aut retentionis jure in feudi possessione tueri se poterunt, donec ipsi satisfiat, vel licentia detur exstricuum ædificium tollendi, 2. feud. 28. §. 5. si vasallus in feudo aliquod ædificium. Iul. Clar. §. feud. 7. quest. 88. n. 1. Andr. de Isern. ad cap. Hic finitur lex n. 17. Matthæus de Afflict. ad id cap. verb. Si vasallus 2. Herm. Vultei. c. XI. n. 136. & seqq.

LXVII. Quod autem modis aliquid in feudum verti potest,

test, tot erunt species tertiae debitorum feudalium classis. Pri-  
mus modus nobis esto, quando æs alienum ita in feudum impen-  
ditur, ut nihil inde utilitatis in illud redundet, quod sit, si pecu-  
nia alicui ad feudum emendum mutuò detur. Hic enim æs ali-  
enum in feudum vertitur, nempe pecunia ab aliquo mutuo sum-  
ta, nec tamen feudum melius eo redditur, sed manet in eadem  
qualitate, quâ antea fuit. Creditor nihilominus ratione pecu-  
nia ad feudi emtionem alteri mutuò data tam ipsum emtorem  
quam ejus in emtum feudum successores semper obligatos ha-  
bet, donec de pecuniâ ipsi mutuò data satisfactum fuerit, & hæc  
est prima species onerum ratione æris alieni in feudum versi.  
Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 59. Iacob. Scultet. in addit. Modestin.  
Pist. part. 3. quest. 122. n. 51. & 100. Carpzov. dec. IV. pos. 5. n. 13. 14. it.  
part. 2. conf. 4. 6. def. 27. dissentit Thomingius decis. 27. sed ejus  
rationes tum examinantur, tum refutantur à Iacob. Scultet.  
dicto loco.

LXIX. Summa illa æquitas, quæ neminem cum alterius  
jaçatur locupletem fieri sinit, adque cum incommoda pertinere  
præcipit, ad quem commoda alicujus rei perveniant, & æquisi-  
tissima juris consultorum interpretatio, hanc uniformem ferè  
Germanie consuetudinē, primum introduxerunt. Quod si nunc  
circumspiciamus ad personas, quæ hoc pertineant, sunt illæ par-  
tim quæ pecuniam mutuò dederunt, quâ postmodum feudum  
aliquid emtum fuit, partim quibus vel pecunia mutuò data est,  
vel ad quos emtum feudum pervenit. Berlich. part. 2. conclus. 55.  
n. 59. Iacob. Scultet. in addit. ad Modest. Pistor. d. quest. 122. n. 51.  
Carpzov. tract. de oner. vasall. fental. dec. 4. pos. 5. n. 13. & 14. Ex feu-  
do autem ære alieno comparato hoc debitum persolvendum  
erit.

LXIX. Forma in eo consistit, ut pecunia mutuò sumta in  
feudi emtionem collocetur, per allegat. Doctor. citat. loc. Credi-  
tor ergo adversus feudi possessores actionem instituenti semper  
probandum incumbit, pecuniam in feuditum emtum conversam  
esse. Nam si de eo non constat, dubium adhuc debitum erit, &  
creditor frustrâ actionem instituet. Hoc tamen non credo opus  
esse,

esse, ut semper à mutuò dante in ipso contrahendi actu mentio facienda sit, se in nullum alium usum pecuniam mutuò dare, nisi ut eà feodium comparetur: quia Doctores nihil amplius ad hujus debiti feudalis substantiam requirunt, quam pecuniam in feudi emtionem impensam esse: haud considerantes, utrum ob eum finem alicui mutuata sit nec ne. Sive igitur expressè ad feudi emtionem pecunia mutuò data sit, sive in contrahendo nulla ejus facta fuerit mentio, semper feudi successores obligati erunt ad exsolutionem pecunia in feudi emtionem conversæ. Inde statim sequitur, licet quis pecuniam ad feodium aliquod comparandum mutuetur, postmodum in alios vitæ usus non minus necessarios eam eroget, nullum hic confieri debitum feu- dales: substantia enim cessat, cum pecunia mutuata in emtionem feudi non convertatur. Porrò id inde deducitur, quod tan- tum ad eam pecunia quantitatem exsolyendam feudi successo- res obstringantur, quam in feendum emtum conversam esse cre- ditor probabit, reliquam mutuæ pecunia summam creditores ab hæreditibus actione mutui exigere poterunt.

LXX. Debitum hoc eam ob causam primùm excogita- tum esse videtur, ut eò facilior creditor i via sternatur ad recu- perandam pecuniam mutuò datam, nec feudi successores, cum alterius jaçura locupletentur. Reliquum est, ut de actione hu- jus feudalis debiti aliquid adjiciamus, & quia illud oritur ex jure ad rem, statim obligationem secum trahit: inter quos ve- ro illa intercedat, accuratius paulo nunc inquirendum est. Quod primùm inter debitorem, qui ad feodium emendum pecuniam mutuatus est, & creditorem locum inveniat, nulla planè dubia- tatio est: sed videamus, quid dicendum sit, si debitor prius mori- atur, quam solutio subsecuta fuerit: Adsunt tum hæredes, ad- sunt etiam feudi successores, occurrit hic quæstio, an utriusque obligatione hæc premantur, an hæredes tantum vel feudi suc- ccessores ad hoc onus tubeundum obligati sint. Quod feudi suc- ccessores artinet, videntur illi ab hoc onere liberati, quia hic non feudi sed valalli onus reperiatur. Nam si hoc debitum ad feudi onera referendum sit, aut pro eà specie onerum feudalium

venditandum erit, quæ ex oppignoratione feudi consensu dominici facta oritur, aut pro eâ, quæ ex favore causæ originem trahit, vel tandem illis debitibus accenseri debet, quæ ratione versionis in feudum factæ constituant separatam atque singularem onerum feudalium speciem, sed nulli harum annumerari potest, non primæ, quia hic nulla oppignoratio consensu domini facta est; neque secundæ, quem enim causæ favorem conjunctum habet præsens debitum? neque demum ultimæ atque tertiaz debitorum feudalium speciei, quia propriè hic nihil in feudum versum est. Tum enim in feudum aliquid versum esse propriè dicitur, cum illud vel melius fuerit redditum, vel ab onere aliquo aut ruinâ liberatum sit. Quorum hic nihil factum est. Accedit, quod etiam hæc urgentissima ratio pro feudi successoribus militet, quod heredes in universum defuncti jus succedant, atque ita tam activa quam passiva debita agnoscere teneantur: nostrum autem debitum instar passivi alienus nominis se habet, cuius ratione heredes à creditoribus rectè convenientur. Sed neglectis his omnibus, & quius est, ut heredium partes tueamur, successoribus vero feudi præsens onus imponamus, & quidem eam ob rationem, quia præsens debitum tertiaz feudalium onerum classi non ineptè annumeratur; quæ non in subsidium demum, sed statim absque ullâ excusione ex feudo perolvenda sunt. Albert. Brun. consil. 104. in c. Iste magnifica Domine in med. vers. volens, quod quando agnati succedunt in feudo. Berlich. part. 2. conclus. ss. n. 61. Hoc quidem nemo inficias ibit, nullam ex hoc debito utilitatem ad ipsum feudum pervenire, si tamen ejus successores consideremus, utilitas ex hoc onere ad ipsos redundans haud exigua est, cum nunquam ad successionem admissi essent, si absque hæc feudi emtione fuisset, atque hoc respectu dicitur, pecuniam, quâ feendum comparatum est, in illud veram esse.

LXXI. Ex positis aliquis concludere posset, eos duntat ad hujus debiti feudalis præstationem teneri, quibus per Emitionem primum jus succendi in feendum acquisitum est, non quibus aliunde hoc competit, qualis est dominus, & quæ causam

causam succedendi in feudum ab ipso habent. Sed hoc nihil obstante, omnes feudi successores ad hoconus obstrictos esse, certissimo arbitramur, cum ex hoc debito juxta Doctores actio in rem scripta detur. Bartholom. Camerar. in l. Imperiale p. 84. Edit. Basileens. Berlich. part. 2. conclus. ss. n. 64: quæ in quemvis possessorem competit l. 9. §. 8. ff. quod met. cans. l. 3. §. 3. iunct. §. final. ff. ad Exhibend. l. fin. ff. de oper. nov. nunc. Nec absimilis est actioni mutui sive conditioni certi, & datur creditori ejusque hæredibus aduersus emti feudi successores ad repetitio-  
nem pecunia in fendi emtionem conversæ unâ cum usuris, si inter contrahentes de iis conventum fuerit. Dixi, hanc actionem esse similem conditioni certi, 1. quia ex contractu mutui ori-  
tur, 2. competit ad pecuniam mutuò datam repetendam. Re-  
cedit tamen ab ea, quod aduersus illos, quibus cum nihil a-  
sum est, nec etiam in hæredes, sed aduersus feudi successo-  
res detur, inque eo sequatur naturam actionum in rem scri-  
pearum. Et tantum etiam dictum sit de hac debiti feudalis  
specie.

LXXII. Hoc tamen non est prætereundum, ad priorem  
onerum feudalium speciem aliquo modo pertinere residuum  
pretij, quo feudum emtum est. Quemadmodum enim in pri-  
ori debito nihil propriè in feendum verum est, ita neque & hic  
affirmari id poterit, sed vasalli tantum persona per contractum  
Emtionis, Venditionis mutatur, & quod jus sive utile dominii  
paulò ante venditor in feudo habuit, nunc omne transfertur  
in personam emtoris. Brevis autem ero in explicatione hujus  
oneris feudalium. AEquè vero ac prius æquisimæ torius Germaniæ  
consuetudini, quæ ex Doctorum interpretatione originem  
sumit, superstructum est Albert. Brun. consil. 104. Iacob. Scultet.  
in addit. ad Modest. Pastor. quest. 122. n. 50. 101. 102. Berlich. part. 2.  
conclus. ss. n. 59. Richter. decis. 78. n. 16. Nullæ huc alia personæ  
referendæ erunt, quam quæ contractum hunc emtionis vendi-  
tionis iniverunt.

LXIII. Forma hujus debiti tum adest 1. si feudum aliquod  
suit emtum, nec 2. totum pretium pro eo persolutum est. Resi-  
duum

etnum illud sive dimidiām, sive tertiam, sive etiam minorem pretij partem æquat, est quasi essentia & forma hujus feudalis debiti. Hic tamen accurate notandum, illam emtionem venditionem, quia præ se fert vera alienationis speciem, cum consensu domini initam esse debere. Et summa æquitate nititur hoc onus. Quemadmodum enim vendor, ejusque heredes ab emtore conveniri poterunt ad restituendum pretium cum interesse, si forsan evitatio feudi venditi facta fuerit vel à domino, negante rem venditam feudalem esse, vel à tertio quopiam hanc ad se pertinere demonstrante. l. 60. & 70. ff. de evit. Ita etiam æquum est, ut non tantum ipse Emotor, verum etiam ejus in rem cintam successores ad integrum pretii summam per solvendam cogantur, si vel planè ejus solutionem detredent, vel ad minimum in solvendo mores neceant, unamque prorogandæ solutionis terminum ex alio querant l. 13. §. 19. & 20. ff. de aft. emt. & vendit. l. 5. C. eod. Hinc statim deducitur finis hujus feudalis debiti, qui ex ratione vendoris ut ipsi de pretio rei vendita consularunt; ratione vero emtoris, ne venditorem malitiosè debitum pretii summa vel in totum vel ex parte emungat.

LXXIV. Si nunc solliciti sumus de explorando feudalis hujus debiti effectu, deprehendimus eum maximam ex parte consistere in actione, qua datur vendori ejusque heredibus, vel qui factio vendoris simile ius consecuti sunt, quales sunt cessationarij, adversus emtores feudi, eorumque in feudum emtum successores ad residuum pretii una cum usuris à tempore rei traditis persolvendum d. l. 13. §. 19. & 20. ff. de aft. emt. & vendit. l. 5. C. eod. Atq[ue]o igitur hæc proximè abest ab actione venditi. Nam oritur ex contraciū emtionis & venditionis, estque bona fidei, & datur etiam ad pretium rei venditæ consequendum. Videtur tamen in eo aliquod adhuc discrimen esse, quod illa in emtoris heredes, haec in feudi emti successores detur, & æquè ac prioris debiti atq[ue]o sit in rem scripta iuxta supr. alegat. Doctor, adeoque adversus ipsum dominum, & omnes qui ab eo causam succendi in feudo habent, competit. Reliqua huc pertinentia ex

tit.

titt. ff. & C. de Aet. emt. & vend. magnā ex parte hauriri poterunt, eamque ob causam prolixior nunc ea in re esse nolo.

LXXV. Tertiò ad hanc debitorum feudalium classem maximè & primario referuntur, quando propriè & utiliter aliquid in feudum versum fuit. Hoc autem duobus modis fieri potest, vel ut feendum reddatur melius atque pretiosius, & hæ impensa alias à Doctoribus appellari solent meliorationes sive melioramenta, vel ut feendum ab onere aliquo vel etiam actione aut immidente ruinâ liberetur. De utroque igitur discursus perget. Et ut ipsam rem statim exordiar, non immerito hac onera partim ex jure feudali partim civili arcessenda erunt. Ius feudale duobus tantum textibus de feudi meliorationibus agit 2. feud. 8. §. & contrario autem 1. & 2. feud. 28. §. si vasallus in feudo. Civile ideo in subfidium vocandum est, quia nisi textus juris feudalnis nimil quantum extendamus, cessat in nonnullis casibus jus feudale, qui igitur juxta feudistæ mentem 2. feud. 1. verb. strenuus assertem leg. peritus. ex jure civili explicandi erunt. præcipue autem hoc faciunt tot. tit. ff. de impens. in res dotal. fact. l. 7. §. ult. solut. matrimon. l. 8. de pignor. act. l. 22. l. 43. l. 45. ff. l. 16. l. 18. C. de negot. gest. l. 12. §. 9. l. 27. §. impendia l. 56. §. sumitus ff. mandat. Nostræque sententiaz feudistarum unanimiter adstipulantur Andr. de Isern, & Matthæus de afflct. add. text. 2. feud. 8. §. 1. & 28. §. si vasallus in feudo. Rosenthal. de feud. c. x. conclus. 43. per tot. Ludolph. Schrad. de feud. 11. part. ix. part princip. scilicet 2. n. 20. usque ad fin. Iul. Clar. libr. iv. sentent. §. feendum. quest. 88. n. 1. in addit. lit. a. Carpzov. part. 2. constit. 46. defin. 62. Richter decis 78. n. 18. & alii.

LXXVI. Personæ hic pertinentes sunt illæ, quæ impensas yllaborem infeudum utiliter collocant, neque ad id faciendum obligatae sunt, simulque animum donandi impensas factas haud habent. Tales vero sunt 1. pecuniam vasallis mutuando dantes, quæ postmodum onus aliquod feudale persolutum fuit. Magnum enim lucrum est liberari ab obligatione, l. 60. de solut. l. 11. de acceptiat. & surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur 2. mutuantes pecuniam, quæ ades feudi ruinosa resectæ sunt 3. qui expensas litis feudalis soppeditant, q. qui mutuant

pecuniam, quâ feudum vel intrinsecè vel extrinsecè augetur 5.  
qui inscio vasallo, agnatis, & domino debita feudalia exsolvent,  
feudum à servitute vel ruinâ vindicant, intrinsecum vel extrin-  
secum augmentum ei addunt, arg. tit. ff. & Cod. de negot. gest. 6.  
qui hæc omnia mandato vasalli peragunt: ex re enim suâ aliquid  
in feudum impendunt, ad quod non erant obligati, arg. titt.  
ff. & C. mandat. 7. Qui consensu agnatorum & domini voluptu-  
ariás impensas faciunt. Hæc enim propter domini & agnato-  
rum voluntatem induunt naturam utilium impensarum, l. 3. §.  
4. & 5. ff. de in rem verso 8. Advocati operâ suâ & labore causam  
feudalem propugnantes. Iniquum enim forer, officium ipsis  
damnosum esse, l. 7. ff. testam. quemadmod. aper. l. 61. §. 5. ff. defurt.  
quod tamen accideret, si forsan neglegtis propriis rebus, cau-  
sam feudi gratis tuerentur, vel quod tempus in feudali causâ tu-  
endâ consumunt, in aliam rem frugifetam ipsis atque utilem  
impendere poterant 9. Ipse vasallus vel agnatus extrinsecum  
augmentum feudo ad dens ex gr. vicinos fundos feudo adiici-  
ens, 2. feud. 8. §. è contrario autem 1. ad id enim obligati non sunt  
10. vasallus vel agnatus intrinsecum augmentum feudo adiici-  
ens, 2. feud. 8. §. è contrario autem 1. verb. si vero per se non possit.  
qualia etiam sunt adficia in fundo feudali exstructa, 2. feud. 28.  
§. si vasallus, huc etiam pertinent muri feudum circumvallantes,  
piscinæ, stagna, cisternæ, plantationes, & sationes arborum,  
impensa factæ in extirpandis dumetis, in locis in cultis ad cul-  
turam & novalia reducendis, exstructio horreorum, stabulo-  
rum, molendariorum, quæ feudali solo inhærent. Herm. Vultei.  
libr. 1. cap. XI. Quia igitur hi omnes utiliter infendum vel sum-  
tus vel labores insument, neque ad id obligati erant, multoque  
minus animo donandi hoc faciunt, reddunt sibi successores feu-  
di obligatos ad erogatorum sumtuum refusionem, vel ad impen-  
sos labores honorario aliquo compensandos.

LXXVII. Quicunque vero neque utiliter aliiquid in feu-  
dum convertunt, vel licet impensa factæ in feudi utilitatem ver-  
gant, tamen ad earum præstationem aut obligati sunt, aut ani-  
mo donandi hoc faciunt, illi impensas factæ ex feudo repete-  
dijus

di jus & facultatem non habent. Talis vero est 1. vasallus debitum aliquod feudale persolvens, nam ad id persolvendum obligatus erat 2. filius vasalli liberans feudum à debito, pro quo à patre sine ejus consensu rite oppignoratum erat, 3. agnati onera feudi exsolventes. Hi ergo & similes omnes à repetitione impensarum factarum rectè excluduntur.

LXXIX. Considerandum nunc etiam erit tam feudum ipsum, quod redditur melius, quam res, quæ in feudum impen-  
duntur. De feudo ipso tenenda est hæc regula. Quod omne  
feudum reddi possit melius per text. 2. feud. 8. §. è contrariò autem  
1. & 2. feud. 28. §. ff. vasallus, qui generaliter loquuntur, tum quod  
vasallus feudi conditionem meliorem reddere possit, d. text. 2.  
feud. 8. §. l. Tum etiam quod favorabilis res sit melioratio, quæ  
potius extendenda, quam restringenda, tum denique quod no-  
strum non sit distinguere, ubi jura ipsa non distinguunt, quin  
Doctores nullam feudi speciem regulariter à regula nostrâ ex-  
cipiant. Omne igitur feudum sive novum sit sive antiquum, si-  
ve seculare sive Ecclesiasticum, sive nobile sive ignobile seu ple-  
beium hoc referendum est.

LXXIX. Accedimus jam ad id, quod in feudum impen-  
ditur, quod sunt vel res vel facta. Res vel sunt in commercio,  
vel extra commercium princ. Inst. de R.D. De rebus, quæ sunt  
extra commercium, nulla potest dubitatio suboriri, quia, uti  
innullius commercium venire possunt, ita in feudum vertere  
eas non licet. Res verò in commercio nostro existentes, vel  
sunt corporales vel incorporales, Inst. princ. de reb. corpor. vel  
incorporal. l. i. §. i. ff. de R. D. Corporales sunt vel mobiles vel  
immobiles, l. ii. §. 2. ff. de re iudic. Videndum ergo est, an omnes  
res in commercio existentes in feudum verti possint, & dicen-  
dum propriè & regulariter pecuniam tantum in feudum con-  
verti. Non tamen eo ipso simpliciter removemus reliquas res  
in commercio existentes, nam & illæ sive sunt mobiles sive im-  
mobiles, sive corporales, sive incorporales, interdum utiliter  
in feudum convertuntur. De rebus incorporalibus hoc ita o-  
stenditur, Vasallus in feudi viciniâ prædium aliquod rusti-  
cum

cum possidet, cui ex feudo servitus realis rustica debetur ex.gr. servitus itineris vel actus aut aquæ ductus, istam servitutem non tamen animo donandi vasallus feudalii p̄r̄dio remittit, hic sit aliquid in utilitatem feudi à vasallo, ad quod faciendum non erat obligatus. Ergo hic statim dicere possum, non tantum ipsi vasallo, verum etiam ejus hæreditibus ratione remissæ servitutis debitum aliquod in feudo acquisitum esse, neque adeò negari posse, quod etiam res incorporalis hoc pertineat: ita actio loco solutionis ob debitum feudale facienda cedi potest; servitus, quam feudale p̄dium debet, in allodium fundum transferri, aliisque modis fieri, ut jura sive res incorporales in utilitatem feudi convertantur.

LXXX. Quod si nunc pedem proferamus ad res corporales, statim sese nobis offerunt res soli sive immobiles, deque iis idem demonstrare hand erit difficile. Sic fundus aliquis vasallo certâ pecuniâ summâ intra p̄stitutum tempus solvendâ venditur, quo postmodum vasallus fundum liberat ab onere aliquo feudali, dans nimurum eum in solutum. Hic utiliter res immobilis nempe fundus in feudum vertitur, ita, ut pro eo in solutum dato feudum ab onere aliquo eximatur. Recè ergo & rem immobilem ad hunc censum retulimus. Quod facta attinet, consistunt ea in laboribus, qui in defensione alicuius cause feudalis ab advocatis adhibentur vid. Carpzov. part. 2. constit. 46. def. 30. & tractat. de oner. vasall. feudal. doc. 4. pos. 9. n. 12. Imò & si alia ratione res feudalis opera & industriâ hominis facta fuit melior, cum hæc æquiparetur impensa in rem facta, arg. l. 30. ff. prof. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 147. Iohan. Garſi tract. de expens. & melior. c. 1. n. 14.

LXXXI. Forma hujus debiti feudalis in eo consistit, ut utiliter aliquid in feudum impendatur. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 31. n. 15. Jacob. Scultet. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 122. n. 48. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 55. n. 55. Carpzov. part. 2. constit. 46. def. 26. n. 2. Quod duobus modis frivel feudum ab onere aut imminente ruinâ liberando, vel addendo ei aliquid aut intrinsecè aut extrinsecè. Liberatur feudum ab onere aliquo aut

aut imminentē ruinā : 1. quando ædes feudi ruinosa fulciuntur,  
2. quando debitum, pro quo feudum oppignoratum est, ab eā  
personā persolvitur, quæ ad id cogi non poterat, 3. quando va-  
salli pecuniam mutuò acceperant in exsolvendis debitis feudali-  
bus consumunt, 4. quando dos, aut alimenta, aut etiam legití-  
ma, quibus feudum oneratum erat, ab extraneo non à vasallo  
persolvuntur, 5. quando feudum servitute, quæ illud premebat,  
vel à vasallo vel etiam ab alio eximitur, & si qui sunt alij modi,  
quibus feudum ab onere aliquo liberari poterit. Additur vero  
feudo aliiquid vel intrinsecè vel extrinsecè, 2. *feud.* 2. §. 1. 2. *feud.*  
28. §. si vasallus. Extrinsecè, quando id feudo adiicitur, quod  
per se subsistere potest, ut fundus d. *text.* 2. *feud.* 8. §. 1. Intrinsecè,  
quando id feudo additur, quod per se non subsistit ut *ed. text.*  
de servitute prædicatur. Servitus enim est accidens feudi, quod  
sine feudo non potest subsistere. Plura tam intrinseca quām ex-  
trinseca melioramenta apud Doctores, qui ad allegatos textus  
commentati sunt, invenire licet, quos igitur adeant, quibus  
volupē est. Andr. de Isern. Matthæ. de Afflīct. Præposit. & alii  
ad d. *text.* Herm. Vultei libr. 1. cap. xi. Schrader. de *fend.* part. 2.  
part. 9. *principal.* sect. 2. n. 20.

LXXXII. Perspeximus hactenus, quot modis utiliter  
aliiquid in feudum impendatur. Reliquum igitur erit, ut nunc  
etiam illud breviter perlustremus, quidnam sit, quo feudum  
vel à ruinā liberetur, vel augmentum aliquod accipiat, & nihil  
est aliud, quām impensæ, sive expensæ, que describuntur, quod  
sunt sumptus erogati, sive omne id, quod erogatur. Dupliciter  
autem id fieri solet vel propter item, & in specie dicuntur sum-  
tus litisi, expensa, Germanicè Gerichtskosten / in quas vietus vi-  
ctori, expensis prius juramento taxatis, solet condemnari, l. pro-  
perandum 13. §. 6. C. de judic. Novell. 82. c. 10. c. 6. in fin. X. de dol. &  
contum. c. pen. in fin. X. de eo qui mittit. in possess. sed hæ propriè  
huc non pertinent. Vel propter rem ipsam, & in specie impensæ  
dicuntur, iisque annumerantur mercedes operarum, §. 30. Inſt.  
de R. D. imò labor & industria, quā res aliena facta fuit melior,  
c. IX. de in integr. restit. Opera enim & industria yicem pecuniæ  
susti-

sustinet, l. 80. pro soc. Quæ rursus sunt vel propter præsentis anni  
fructum & vocantur impensa fructuum sive temporales, l. 3. §. 1. ff.  
de impensis in res dotal. fact. l. 7. §. fin. solut. matrim. l. 36. §. fin. de ha-  
red. petit. vel ad perpetuam hoc est duraturam aliquamdiu reju-  
tilitatem, & appellantur impensa rerum, sive perpetuæ, d. l. 3. §.  
l. de impensis in res dotal. fact. De temporalibus impensis, sive iis,  
quæ fructuum nomine sunt, hæ regulae ponenda sunt, quod, ubi  
talis est possessor, qui fructus retineat, ex cum ipsis fructibus  
compensentur. l. 7. §. fin. fin. sol. matrim. Vbi vero talis est pos-  
sessor, à quo fructus repetuntur, semper illæ restituenda sunt,  
l. 51. fam. ercsc. l. 10. §. 9. mandat. Sive bona fidei sive male si-  
ve mala fidei possessor eas fecerit 36. §. fin. de. heret. petit. Fructus  
enim non intelliguntur, nisi deducatis prius impensis. d. l. 36. §.  
fin. de hered. petit.

LXXXIII. Ex his facile diiudicatu est, quid dicendum  
sit, si forsan heredes vasallorum impensas ab eo in fructus colligen-  
dos factas de cedere aut repetere velint, an ad eas deducendas,  
sive recuperandas jus habeant. Iura feudalia silent de hoc casu.  
Civile ergo hic adhibendū erit. Et cum vasallus rei feudalnis pos-  
sessor fructus, quorum gratiā impensa facta sunt, retineat, ex re-  
gula paulò ante ex l. 7. §. fin. solut. matrim. exstructa apparet, dene-  
gandum esse hereditibus ejus, jus deducendi vel repetendi fru-  
ctuum impensas, nisi vasallus, qui multas impensas fructuum pa-  
randorum gratiā erogavit, ante calendas Martias diem suūm  
obierit. Quia enim regulariter totius tum anni fructus ad feudi  
dominum vel agnatos pertinent, z. f. f. 28. S. Has consequenter di-  
citur. & ubi. Andr. de Isern. Bald. Præposit. Matthæ. de Affli. et  
agnati & dominus cogentur hereditibus vasalli impensas fructu  
gratiā factas restituere, uti regula secunda à nobis allata satis  
demonstrat. Vasallus enim talis tum sicut possessor, ad quem fru-  
ctus istius anni non pertinebant. Errantum de impensis fructu  
um nomine factis.

LXXXIV. Impensa verò ad perpetuam sive duraturam  
aliquamdiu utilitatem facta dividuntur, l. 79. ff. de Vi. S. Et l. 1. in  
princ. S. tor. tit. ff. de impensis in res dotal. fa. in necessarias utiles, ac  
volu-

voluptuariæ. Necessariæ impensæ sunt, quibus omissis, res aut peritura, aut deterior futura fuisset d. l. 79. ff. de V. S. Vel quæ habent in se necessitatem impendendi, ut i. describuntur, in l. 1. §. 1. ff. de impens. in res dotal. fact. quæ tamen necessitas non ex possessore, qui eas facit, sed ex re ipsâ estimatur, neque enim omnis possessio obligat est ad impensas necessarias faciendas. l. 38. de hered. petit. Utiles impensæ dicuntur, quæ rem faciunt meliorem, d. l. 79. de V. S. Et de iis etiam agunt Feudista 2. feud. 8. §. è contrario 1. & 28. §. si vasallus. Voluptuariæ detinque impensæ sunt, quæ speciem dunitaxat ornant, non etiam fructum augent, d. l. 79. §. 7. ff. de impens. in res dotal. fact. l. 39. §. 1. de hered. petit. Haec interdum assumunt naturam utilium, si scil. voluntate & mandato domini fiunt. l. 3. §. 4. de in rem vers. Quia vero tam impensæ necessariæ, quam utiles ac voluptuariæ in feudum tum à vasallis ipsius ab extraneis fieri possunt; videndum nunc erit, quænam ipsis dentur remedia, quibus impensas factas recuperare possunt. Et haec erunt effectus debiti hujus feudalium, quos statim aggrediemur, modo illud breviter prius attigerimus, causam hujus introducti juris in eo potissimum verti, ne fendi successores cum eorum injuriâ, qui impensas utiliter in feudum fecerunt, locupletentur, l. 14. ff. de condit. in deb. l. 206. ff. de R. I. c. locupletari 88. de R. I. in 6to.

LXXXV. Nunc inoffenso pede ad ipsa remedia, quibus impensæ factæ repetuntur, transgredimur. Illa vero sunt triplicia, aut enim impensas deducimus hoc est rem in quam aliquid impensum est, jure exceptionis tamdiu retinemus, donec impensariæ estimatio præstetur; aut vero tollimus, re ipsâ salvâ manente, id quod impensum est, aut deniq; & ione repetimus impensas factas. Primum videamus de iis, qui impensas necessarias in feudum fecerunt: illi aut sunt in possessione istius feudi, in quod aliquid impensum est, aut nonsunt. Priori casu jure exceptionis tamdiu retinebunt feodium, donec impensarum estimatio vel à successoribus vel à domino feudi præstata fuerit, arg. l. 38. de heret. petit. l. 1. C. de R. V. Et haec impensarum deductio extenditur etiam ad eum casum, quando non ab ipso vasallo, sed etiam ab amico vasalli, contemplatione tamen ejus impensa factæ fuerint.

Menoch. recuper. poss. rem. 15. n. 509. nec interest, sive totum feudum, sive tantummodo pars ejus ab interitu liberata sit, cum non tantum partem feudi ab interitu revocatam, verum totum feudum jure exceptionis retinere licebit. Posteriori vero casu vasallus ejusque heredes actione repetrere poterunt impensas factas, qua non absimilis erit negotiorum gestorum actioni, arg. 1. si servos. 25. de pignor. act. Schrad. de feud. part. 2. part. IX. principal. sect. 2. n. 95. Rosenthal. de feud. c. X. conclus. 43. n. 94. De jure abrasionis sive ablationis aut tollendi, ut hic prolixè queratur, incasum est; quia jus abrasionis non potest invenire locum, si id, quod impensum est, sine rei detimento aut interitu tolli nequit, quod hic semper metuendam est.

LXXXVI. Restat, ut de modo, quo utiles impensa recuperantur nunc etiam breviter loquamur. Et magnam nobis lucem assert text. 2. feud. 28. §. si vasallus. In eo enim paragrapo agitur de utilibus impensis in feudum factis, ut ex duplice istius. exemplo appareret, postmodum statim subjunguntur duo remedia, quibus vasalli successoribus eas a domino recuperare licet. Alterum est beneficium abrasionis, alterum exactio pretii meliorationis. Vtrum autem horum vasalli usurpare possint, unicè a domini arbitrio ac voluntate dependet, d. text. 2. feud. 28. §. si vasallus. Quod si ramen dominus unum horum vasalli heredibus permisiterit, non ipsi integrum erit, mentem revocare, sed voluntati semel declaratae stare, nec latum unguem ab eâ discedere potest. Roland. a Vall. consil. 28. n. 30. Schrader. de feud. 2. part. IX. part. princ. sect. 2. n. 99. Prater duo jam enumerata juris feudalis remedia adhuc iis, qui impensas utiles fecerunt, retentionis jure, uti licebit, arg. 1. 5. C. de R. V. l. 38. ff. de hered. petit. 1. 28. de pignor. act. Hic tamen amplius distinguendum est inter feudi possessorum, qui in bonâ & eum, qui in malâ fide est constitutus. Illi solum tria hęc remedia ad repetendos sumitus utiles competit, nisi dominus feudi sit pauper, aut impensa tanta sint, ut, si exsolvi debeant, feudum ipsum vendendum sit, arg. 1. 5. C. de R. V. l. 38. ff. de hered. pet. 1. 20. §. 1. ff. de negot. gest. 1. 27. ff. de pignor. action. Hic vero jus saltē tollendi eas, re ipsa salva manente, indistin-

etè habet, d. l. 5. C. de R. V. & l. 37. ff. eod. & si inseparabiles sunt, ne  
hoc quidē ipsi conceditur. Non tamen ad omnes impensas sim-  
pliciter consequendas dantur tria remedia feudi possessoribus  
in bonā fide constitutis, sed in tantum in quantum feendum fa-  
cūm fuerit melius, arg. l. 3. 8. de R. V. Anton. Negusant. de pignor.  
5. part. princ. 4. membr. n. 11. Tiraquel. de Retratt. convent. part. 2.  
§. 7. gloss. 1. n. 8. Schrader. de feud. 2. part. IX. part. princip. sett. 2. n. 100.  
Quod si vero plus pretio accesserit, atque ita melioratio impen-  
sas excedat, solummodo, quod impensum est, reddendum erit,  
d. l. 38. Negusant. d. l. Iohan. Gars. de expens. & melior. cap. 24. n. 2.  
Melioratio autem durare debet, cum affirmatio melioramen-  
torum facienda sit secundum tempus restitutionis, non secun-  
guin illud tempus, quo facta sunt, l. 38. de legat. 1. Menoch. recip.  
possess. remed. 15. n. 557.

LXXXVII. Voluptuarias impensas possessor feudi in  
bonā fide constitutus servat objectā dolī exceptionē, si domi-  
nus tales facturus fuisset l. 38 ff. de R. V. Tum enim ipsius vo-  
luntate quodammodo facta censentur, & induunt quasi natu-  
ram utilium impensarum l. 3. §. 4. & 6. ff. de in rem vers. Extra  
hunc casum tam bona quam mala fidei possessoras tantummo-  
do tollit l. 9. de impens. in res dotal. fact. l. 39. §. 1. ff. de hered. petit.  
Hoc tamen sine feudi dispēndio fieri, & præterea inde aliquid  
emolumenti abradenti accedere debet. Alias ne tolli quidem  
possunt.

LXXXVIII. Hactenus dictum fuit de remedij, quibus  
impensae tum necessariæ, tum utiles ac voluptuariae repetun-  
tur, nunc etiam de iis agemus, quæ pro expensarum in feudi  
liberationem factarum restituzione competent. Duplicitia illa  
sunt vel retentio vel actio personalis, arg. l. 33. l. 40. §. 1. de Con-  
dict. indeb. l. 8. l. 25. de pignor. act. l. 14. de except. dol. mal. l. 10. §. 1.  
l. 43. ff. l. 16. & 18. C. de negot. gest. Retentio locum habet,  
quando vel totum feendum vel pars saltē illius, quod ab  
onere aliquo liberatum est, ad eos pervenit, qui impensas fece-  
runt, non prius iuxta possessione feudi sive à valallo sive ab agnā-  
tis

tis aut domino feudi ejici poterunt, quām impensæ in feudum factæ exsolutæ fuerint. Hic autem vocabulum possessionis late usurpatur, ita ut etiam tenutam simplicem sive nudam detentionem denotet. Quod si agnatus, vel dominus feudi vi turbare possessorem in feudo velint, vel planè ex possessione cum vi ejicere moluntur, videndum erit, utrum ii, qui feudum ab aliquo onere liberarunt, solo retentionis iure illud possideant, ut hoc appellatur *in l. 21. ff. ad 8Ctum Trebell.* sive actiones solummodo personales habeant: an verò præter hoc in feudo jus possessionis ipsis constitutum sit. Prioress, quia neque civilem neque naturalem feudi possessionem habent, sed nudam saltem detentionem, remedia possessoria tum ad retinendam, tum ad recuperandam possessionem attribuere sibi nequeunt *l. 3. g. 8. ff. uti possid. l. 1. §. 9. 22. & 23. l. ult. ff. de vi & vi arm.* Implicat enim contradictionem remedia possessoria alicui concedere, & tamen denegare ei possessionem. Posterioribus verò cum se in jure possessionis fundent, remedia possessoria, quibus eam tum conservare tum recuperare possunt, recèissimè concedimus. Prioribus tamen adhuc implorationem officij judicis supetesse arbitramur, quod extraordinarium & subsidiarium est remedium, & competit ad id, ut destinat adversarius turbare in possessione vel ut ablata feudi possessio restituatur ex *l. 27. de donat.* Menoch. *remed. retin. possess. ult. q. 1. n. 18. remed. recuper. possess. l. q. 4. n. 64. & rem. l. 17. n. 2. 3. 4. & 21.*

LXXXIX. Quod actionem attinet, ea datur iis, qui non sunt in possessione feudi, quod ab onere aliquo liberarunt, ad repetendos sumptus eo nomine factos adversus quosvis feudi possessores, sive illi sint agnati, sive ipse dominus, sive alius causam possidendi à domino habens *arg. l. 12. g. 9. l. 27. g. impendia. l. 56. g. sumus fin. ff. mandat.* Est autem personalis, interdum ad conditionem certi, interdum ad mandati, interdum ad negotiorum gestorum actionem accedens. Conditionis certi naturaliter videtur assumere, si vasallus à tertio pecuniam ad debitum aliquod feudale persolvendum mutuò sumvit: hic tertius ille mutuò dans est creditor, vasallus mutuò accipiens debitoris vicem

3001

vicem sustinet. Ad mandati actionem videtur accedere, si vas-  
lus rogar amicum, ut feudale aliquod debitum suo nomine per-  
solvat: nam vasillus est instar mandantis; amicus autem ille,  
qui rogatus est debitum persolvere, mandatarii personam præ-  
se fert. Denique actio nostra negotiorum gestorum actioni ro-  
ties haud absimilis erit, quoties aliquis incio vasallo vel domi-  
no feudum ab onere quodam liberat. Hic enim ignorantे altero  
negotium gestum fuit, in quo forma specifica negotiorum  
gestionis juxta l. s. de O. & A. consistit. Non verò demum in  
subsidiū datur, sed absque ulla bonorum allodialium excusione  
in quenvis feudi possessorem competit, quia actio est in  
rem scripta Bartholom. Camer. ad l. Imperiale pag. 82. edit. Bas-  
ileens. neque hæredum sed feudi successorum res gesta est, in-  
que eos solum utilitas sumtuum factorum redundat. Et sic etiam  
debiti hujus feudalis traditionem, prout institutum nostrum  
tulit, breviter perteximus.

X.C. Tandem etiam ad tertiam debitorum feudalium  
classem referimus dotalitium, quod alias vocatur donarium,  
doarium, dotarium, seu viciūlītū Germanicē. Ein Leibgeding /  
Leibjucht / Leibguth / oder Wittumb. Richter. de privileg. creditor.  
disp. 6. fol. 155. Et per universam ferè Germaniam, in primis ve-  
rò in terras Saxonicas longissimo usu introductum. Inque lo-  
cum donationis propter nuptias surrogatum est Hartm. Pistor.  
lrb. 1. quæst. 4. in princ. Carpzov. I. F. part. 2. Constit. 42. def. 2.  
Struv. Synops. Feudal. c. xiv. in exeg. thes. 9. Definitur vero, quod sit  
usufructus feudi, aut certus reditus ex feudo ob dotem illatam  
vel adhuc in feudum inferendam constituendus vidua à feudi  
successoribus, licet maritus dotalitium non constituerit. Defi-  
nitur primò per usum fructum, quia, uti usufructus est servitus  
quædam personalis ad dies vita ususfructuarii durans, ita etiam  
mulier non diutius dotalitio fructur, quam ad dies vita, post  
mortem ipsius vel ad agnatos mariti, vel ad simultanei investi-  
tos, vel etiam ad dominum, fendo post vidua mortem aperto,  
revertitur. Carpzov. def. 2. part. 2. constit. 42. n. 2. Hartm. Pistor.  
part. 1. quæst. 4. n. 2. Richter de iur. & privileg. credit. disp. 6. p. 155.

ad-

Additur in definitione, quod sit ususfructus feudi, non quod in allodialibus bonis dotalitium constitui nequeat, largimur enim hoc lubenter tum Carpzovio in dicta definit. 2. n. 2. tum Richtero de inrib. & privileg. creditor. pag. 155. Verum potius, quod de dotalitio nobis nunc aliter agere non sit propositum, quam quatenus aliquod debitum est feudale ab agnatis vel domino persolvendum ipsumque feudum afficiat. Nec porro ad dotalitium requiritur, ut ipsum feudum mulieri semper tradatur, sed sufficit, si ea successores feudi obligatos tenet ad certos reditus loco dotalitii quotannis persolvendos. Carpzov. part. 2. const. 42. def. 7. n. 2. & 3. recte ergo non solum per usumfructum feudi, verum etiam per certum redditum ex eo praestandum dotalitium definivimus. Ob dotem vero illatam, aut adhuc post mariti morte in inferendam dotalitium mulieri in feudo constituendum est, quod ita intelligitur, non quasi mulieri licet, dotem marito non promisam post ejus mortem in maximum interdum agnatorum & domini fraudem persolvere, sed quod tum ipsi hoc liberum relinquatur, si marito dos promissa fuerit, neque tamen eo vivo persolata. Adjiciuntur deinde in definitione nostrâ tum personæ, quibus constituitur, tum quæ constituunt dotalitium. Quibus dotalitia constituantur uno verbo viduz sunt: constituentes vero personæ tum maritus est, tum feudi successores. Sed de personis tam constituentibus, quam quibus constituitur dotalitium, paulò post prolixior differendi occasio dabitur. Prius tamen inquirendum erit in primam dotalitorum originem.

XCI. Quæ ergo ex ipso jure Canonico desumi posse videntur. Mentio enim eorum fit tum in c. ex parte X. defor. compertum in c. plerumq. X. de donat. inter vir. & uxor. Vtrum vero quædaz ejus vestigia in jure civili invenire liceat, admodum erit difficile ex l. 3. C. de secund. nupt. & l. unic. C. si secund. nupt. mul. quæ quidem in hunc finem à nonnullis adducuntur, pro certo affirmare. Lex quidem tertia C. de secund. nupt. mentionem facit rerum, in quibus mulier ad tempus vitæ usumfructum habet, sed hic ususfructus mulieri non constituitur in compensationem doris. uti

uti in dotalitio fieri debet, sed ut rerum ex prioris mariti bonis  
perceptarum usumfructum solum habeat, nec eas in extraneas  
personas alienare possit. Ex lege vero unicā si secund. nupt. mul.  
multo minus hoc demonstrari poterit. Ususfructus quidem hic  
mulieri à marito relictus est, dicitur tamen, usumfructum il-  
lum, si mulier secundō nupserit, extingui, cum dotalitium  
secundo matrimonio non perimitur, sed ad tempus vi-  
tae mulieris duret, licet ipsa etiam aliquoties nubat. Et secun-  
dō omnium rerum ususfructus hic relictus est, non ratione ha-  
bita dotis, in cuius compensationem relinquendus erat. Vix ergo ex hāc lege genuina dotalitii nota ostendetur. Tantum vero  
abest, ut aliqua ejus commemoratio in jure feudali existat, ut  
potius cum Doctoribus dicendum sit, nullibi illius in feudis  
mentionem fieri, & quicquid hujus postmodum invaluit, vel  
singulari cuiuslibet loci & regionis, vel communi Germaniae,  
maxime vero ditionum Saxoniarum consuetudini unicē ad-  
scribendum esse. Echnecht c. 56. ibique gloss. n. 9. Carpzov. l. F. part. 2.  
constit. 42. def. 2. n. 1. Iacob. Sculter. addit. ad Modest. Pistor. quest.  
422. n. 111. Schurff. consil. 51. n. 2. & 3. Ioachim. à Beust. tractat.  
de iur. connub. part. 3. c. 9. de dotalit. & quom. constit. deb. Quamvis  
hodiè jus dotalitorum nec in omnibus Saxoniciis regionibus  
sola consuetudine nitatur, verum illæ, quas Electoratus com-  
plectitur, constitutione quādam Electorali in dotalitorum ma-  
teria utantur, vid. part. 2. constit. 42. de dot. & bon. illat. mulier.

XCLI. Quod si vero nunc pedem proferamus, & perso-  
nas consideremus, tum quæ constituunt dotalitium, tum qui-  
bus constituitur, statim videmus, personas dotalitium consti-  
tuentes esse, quæ neque naturâ neque lege rem suam alienare  
prohibentur, & ad quas lucrum dotis in feudum allatæ actu ipso  
redundat. Talis vero est 1. maritus 2. filius post mortem mari-  
ti. 3. agnati. 4. simultaneæ investiti, si ad hos omnes feudum, in  
quod dos illata est, devolvatur 5. dominus feudi, quando feu-  
dum apertum ad ipsum redit. 6. qui jure expectativa in feu-  
dum illatâ dote auctum succedunt. Hi ergo omnes sunt per-  
sonæ dotalitium constituentes. Ex positâ majori nostrâ statim

simus cernere sicer, quinam dotalitium constitueré nequeant.  
i. qui naturā aut lege rem suam alienare prohibentur, quales  
sunt minores, furiosi, prodigi. l. i. f. de curat. furios. tot. tit. C. de curat.  
furios. l. 3. C. de in integr. restit. Hic ramen distinguendum est, utrum  
usufructus in feudo loco dotalitii constitutatur, an vero certus  
reditus pro eo quotannis praestans promittatur. Prius non  
aliter fieri potest, quam si praeter curatoris consensum, etiam  
decreatum magistratus interveniat, quia dotalitii constitutio sa-  
pit aliquam rei immobilis alienationem, qua sine decreto ma-  
gistratus efficaciter peragi nequit. Posterior vero solum cura-  
toris consensum & autoritatem exigit. Muti vero, & surdi,  
quia regulariter a feudi successione arcentur arg. l. feud. 8. §.  
minus nec ipso dotalitium constitutum, nihil enim ex dote in feu-  
dum illatā lucrabuntur, quod tamen in omni personā dotali-  
tium constitutente requiri mus. Pariter nec in ad dotalitii con-  
stitutionem obligati sunt, qui acū ipso lucrum dotis non percipi-  
piunt, uti sunt agnati, similitaneē investiti, ipse feudi domi-  
nus, & qui expectativam in feudo habent, si naturalem feudi  
possessionem nondum acquisiverint. Neque adversatur, quod  
penes dominum civilis feudi possessio remaneat, acū enim ipso  
lucrum dotis percipere debet, quod non prius sit, quam si aper-  
to feudo, naturalis possessio ad eum revertatur. Praterea & hos  
inde deducitur, quod non omnes agnati obstricti sint ad con-  
stituendum dotalitium, sed si tantum, quibus, marito sine filiis  
mortuo, immediatē feudi successio defertur. Nec nobiles so-  
lum verum etiam ignobiles & plebeii dotalitia constituant, u-  
trique enim feuda habere, atque ita etiam ad utrosque lucrum  
dotis pervenire potest. Facit huc etiam glossa in Lehn-recht c. 31.  
n. 8 vers. iste es ein Xürger Coler. decisi. 60. n. 17. & 18. Berlich. part.  
2. conclus. 50. n. 8. Et tantum de personis constituentibus.

X C III. Personæ vero, quibus dotalitium constituitur,  
sunt uxores legitimæ, quæ dotem in feudum intrulerunt, & op-  
tima hic videretur subesse ratio. Dotalitium enim constituitur  
in compensationem dotis, dos absque legitimō matrimonio  
nulla est. §. penul. inst. de mpt. Vbi ergo nō adest matrimonio  
ritus

ritè contractum, ibi etiā nec dos adesse, multo minus aliquid  
in compensationem dotis constitui potest. Diximus uxoribus  
legitimis dotalitia constitui: dubitatio ergo non levis hic subo-  
ritur, quid dicendum sit, si fidelis cum infideli vel hæretica ma-  
trimonium ineat, an ipsi confirmari debet dotalitium: ubi pri-  
mum videndum est, an tale matrimonium inter Christianos per-  
mittatur: quo perspecto, facilè etiam de dotalitijs constituti-  
one aliquid determinandum erit. Et si ex jure naturæ & divi-  
no decisionem hujus rei petamus, neque Christiani prohibentur  
tale matrimonium contrahere, neque à contracto tenentur rece-  
dere. Ius enim naturæ in personis matrimonium contrahenti-  
bus nihil ferè amplius requirit, quam ut aptæ sint ad primarium  
conjugalis societatis finem, qui in sobolis procreatione consi-  
dit, obtinendum, nec adeo inter se invicem inæquales existant,  
ut, si matrimonium ab iis ineatur, hoc vix sine laſione jurium  
alterius alijcujus societatis fieri nequeat, uti accidit, si paren-  
tes cum liberis matrimonia ineant. Nihil autem horum sit in  
matrimonij fidelium cum infidelibus quatenus talibus, contra-  
fis, natura ergo jus à tali mariti & uxoris conjunctione non  
abhorret, vid. Paul. Cypræ. de iur. eonub. p. 1. c. 13. § 77. n. 1. & seqq.  
Ioh. Kitzel. Synops. matrim. c. 3. theorem. 7. lit. A. Ius Divinum fe-  
quitur juris naturæ dictum, cum nulli hoc in sacrâ scripturâ u-  
niversaliter prohibitum inveniatur, quin potius contraria hujus  
rei vestigia extent. Cor. 7. v. 12. Quod vero jus canonicum &  
civile attrinet, illud tale matrimonium contrahendnm esse pro-  
hibet, contractum vero non dissolvit, modo non inter scientes  
id actum fuerit, arg. c. decrevit. de Heret in 6to. Hoc utrumque  
improbat. Excellent. Hahn. in observ. ad VVesenbech. de rit. nupt. n.  
4. ad verb. Hoc tamen iure cum infidelibus. Iure igitur civili, quia  
nullum matrimonium inter fideles & infideles existere potest,  
frustra est, ut de constitutione dotalitijs solliciti simus. Quia  
vero iure Canonico, quod in nostris consistorijs quoad causas  
matrimoniales ut plurimum sequimur, matrimonium inter fi-  
delem & infidelem contractum haud dissolvitur, facile colligere  
est, nec dotalitijs constitutionem eo iure prohibitam esse, modo

dos in mariti feudum ab infideli uxore illata fuerit. Hac tenuis tamen dicta non de iis personis intelligenda sunt, inter quas particularis quædam religionis diversitas intercedit, quemadmodum enim ea nuprias non impedit Ioachim. à Best. de iur. connub. part. 2. c. 37. ita etiam procul dubio dotalitium hic constitui benè potest. ex gr. Pontificia aut Calviniana uxor recte dotalitium exigit à marito Lutherano, vel ejus in feudum succedentibus agnatis, modò dotem ad illum attulerit. Quæcunque autem foeminae vivunt extra matrimonium, vel licet in conjugio degant, nullam tamen dotem ad maritum attulerunt, illis dotalitiū constitui haud debet, uti sunt sponsae & uxores indotatæ. Multo mino concubinis, focariis, stupris, & omnibus aliis, quæ tutpem quæstum ex illicitâ Venere quærunt, dotalitium constitendum erit. Præter id enim, quod hæc omnes extra societatem conjugalem vivant, talibus sese contaminant vitiis, quæ acerbitate penarum exterminanda potius, quam conniventia quadam, & impunitate fovenda sunt.

XCIV. Objectum dotalitorum, quartenus hic considerantur, sunt feuda. Aut enim pars feudi mulieri in dotalitium conceditur, aut certi fructus ex feudo quotannis loco dotalitii ab agnatis persolvuntur. Si prius fit, sepius tali feudo jura quædam inhærent solent, qualis est jurisdictio inferior, superior, jus vestigialium, jus venandi, piscandi, jus forestarum & alia: quæri-hic solet, an feudo in dotalitium dato, cui hæc jura inhærent, mulier tanquam usufructuaria iis uti queat. Et tres pondierunt casus. Primus est quando feudum cum omnibus suis juribus, quæcunque tandem illa sint, expressâ constituentium voluntate mulieri in dotalitium concedatur. Secundus est, quando feudum ita in dotalitium mulieri datur, ut in constitutione ejus nulla jurium feudo inhærentium mentio fiat. Tertius est, quando constituentes personæ jura dotalitio inhærentia expressè sibi reservaverint. Primus casus omni dubitatione caret, cum jura hæc expressâ constituentium voluntate mulieribus concessa fuerint, mulier vero secundum hodiernam Germaniæ consuetudinem talia jura possidere, perque alias personas;

mas administrare possit. Nec ultimus casus multum dubii habet, quia dotalitium in feudo absque ipsis iuribus bene consistit, modo proventus ita sint comparati, ut dotem compensent. At secundus casus plus dubitationis afferit, tutius tamen erit, mulieribus usum horum iurium denegare, quippe talia sunt, ad quorum translationem speciali aut expressa concessione opus est. Faciunt hue, quæ Doctores habent de castro, civitate, pago aut simili in feudum concessio cui iurisdictio & alia iura inherent. Knichen. de sublim. terrar. iur. c. 278. n. 281. Rolenthal. c. 5. concus. 6. Ruland. de Commissari. part. 3. tit. 2. c. 17. n. 52. Gail. 2. ob. serv. 62. Struvi in Syntagm. Iur. fental. c. 12. p. 195.

XCV. Præterea insignis differentia inter hos casus inventitur, si pars fendi loco dotalitij mulieri tradatur, vel quotannis certi reditus ex feudo in vicem ejus præstentur. Prior enim casu, si accidat, ut fortuito vel ob inopinata hostium depopulationem, vel vi tempestatis fructus perirent, aut ita immunduantur, ut solitam quantitatem non exæquent, damnum ad viduam solum spectat, nec quicquam agnati refarcire tenentur. Posterior vero casu, cum certa feudi pars in locum dotalitii vidua tradita non fuerit, ipsi feudi successores annuas præstationes semper viduae exolvere obligati sunt, licet etiam ea pars feudi, unde alias reditus anni per solvi solent, vel hostium incursum aut alio casu insolito magnam jacturam fecerit. arg. l. 12. de a. lim. & cibar. legat. l. 27. §. 2. in fin. de leg. 37. Neque tamen dotalitium in annuis præstationibus constans per modum taxationis ad certos feudi fundos determinatum esse debet, alias enim & hic casus fortuiti mulieribus nocent. arg. l. 5. de trit. leg. l. 39. §. 10. de contrah. emt. l. 33. §. 2. de leg. 22.

XCVI. Forma dotalitij, de quo nunc agimus, non quod in rebus allodialibus constituitur, consistit in eo, ut unusfructus feudi, vel certus reditus ex feudo quotannis viduae in dotis compensationem concedatur. Quatenus igitur in dotis compensationem hoc sit, eatenus est dotalitium, non si ex tenerissimo erga uxorem amore vel alia causa mulieri hæc conferantur. Sandrech. iur. 3. art. 75. ibid. & off. nov. sub lit. A. Rotitchitz. in tractat.

erat. de dotalit. art. 7. rubric. de dot. & dotalit. n. 3. ibi. Denn das  
Leibgeding soll gleich seyn. Hart. Pitt. libr. 1. quest. 4. in prin. & n. 1.  
Schneidvin. inst. de heredit. que ab intest. defer. ut de success. iur. Sa-  
xon. inter marit. & uxor. n. 43. Richt. disput. 6. de iur. & priv. creditor.  
p. 135. Ex eo simul colligitur semper requireti dotem, ut dotalitum  
constitui possit. Dos præterea in feudum conversa esse debet, non  
alias feudum hoc onere eximetur. An vero id ab uxore, & quo-  
modo probari debeat, nunc amplius in disceptationem venit.  
Et æquius, imo totius Germaniae consuetudini consentaneum est,  
dicere, mulierem non obstrictam esse, ad amplius quid proban-  
dum, quam exsolutionem dotis marito factam esse. Ex eo enim  
statim presumtio promulgere nascitur, quasi dos revera à mari-  
to in feudum versa esset. Carpz. de oner. feudal. dec. 4. pos. 3. n. 12.  
Jacob. Scult. ad Georg. Rotschütz. de dotalit. art. 1. n. 16. Hartm. Pistor.  
d. quest. 4. n. 10. quæ tamen ab agnatis contraria probatione elidi-  
poterit. Carpz. de oner. feud. dec. 4. pos. 3. n. 16. Si vero in rationem  
hujus rei inquiramus, duplex præcipue à Doctoribus assertur, al-  
tera est, quod mariti pro lubitu de dote disponere, neq; facti sui  
rationem mulieribus reddere soleant; altera est, quod verisimile  
sit, maritos feuda possidentes dotem in nullum alium usum, quæ  
feudorum utilitatem insumissi. Idq; stabilium argumento co-  
rum, quæ Bartolus ac Baldus de mercatoribus & studiofis ex leg.  
ult. C. de Senatusc. Maced. notent, eos semper presumi pecuniam  
mutuò datam vel in mercaturam vel in studia impendisse. Hoc  
tamen non præterendum erit, nihil fidei haberiri nude confessio-  
ni vel quitantiz, ut loquuntur, à marito facta. Videtur enim  
hoc in fraudem agnatorum fieri, eaq; confessio conjugis blandi-  
tiis à marito emendata esse. Hartm. Pistor. d. quest. 4. n. 11. Car-  
pzov. dec. 4. pos. 3. n. 17. 18. & 19.

XCVII. Hæc tenus dictum fuit, quod dos ab uxore marito  
allata, inq; feudum conversa esse debeat, ut dotalitum consti-  
tuatur, sed, quid statuendum est? si marito ea non fuerit tradita;  
distinctione res determinanda est, aut marito illa dos fuit pro-  
missa, aut non fuit promissa. Si promissa fuit, post obitum ejus  
mulieri integrum erit, aut promissam dotem retinere, aut eam

una cum usuris offerre agnatit, ejusq; loco petere, ut ipsi in dominis feudalibus legitimum dotalitium constitutatur. Si vero non promissa fuit, uxori haud licet dotem offerre, inq; ejus compensationem exigere dotalitium, quia fraudem aliquam hoc saparet, & a muliere haec omnia in prajudicium agnatorum fieri viderentur, quod permittendum haud erit Rotschütz d. tract. de dotalit. art. 1. n. 13. ibi. Daraus ergist sich auch Schneidvvin. Instr. de hered. que ab intest. tit. de Success. inter vir. & uxor. n. 45. Ioachim. à Beust. de iur. connub. part. 3. cap. 10. col. 2. Jacob. Scult. in addit. ad Modest. Pistor. quest. 122. n. 120. 121. 122.

XCIX. Qua iutus porro dotalitii legitima esse debet, quae in terris Saxonis imo etiam communis ferè Germanis consuetudine ratione ad dotem habitam plerumq; duplicatur, ut si in quingentis florenis dos consistat, dotalitium mille florenorum in feudo uxori constitutatur, unde quotannis quinquaginta florenos loco interesse percipiat Schneidvvin. d. loc. n. 44. Hartm. Pistor. d. quest. 4. n. 1. Ioachim. à Beust. de iur. connub. part. 3. c. 9. col. 2. Richt. de Success. ab intest. sect. IV. membr. 3. n. 2. & 3. Maritus etiam dotalitium absq; domini & agnatorum consensu constituere potest, quia nullum exinde in ipsis damnum redundat; hi enim omnes, etiam in vita mariti nullum dotalitium uxori concedetur, ad id constitendum post mortem ejus obligati sunt. Quod si maritus in constitendo dotalitio uitatum & legitimum modum excederit, tum distinguendum est, utrum agnatorum consensu hoc factum fuerit nec ne. Priori casu, quin agnati sive haeredes feudales indifferenter obligantur, ut in semel constituto dotalitio acquiescant, nulla dubitatio est. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 6. Carpz. part. 2. consti. 42. def. 1. Posteriori vero casu, nullum inde detrimentum ad agnatos proficiuntur, cum successores in feudo regulariter ex facto vasalli defuncti non teneantur, i. feud. 8. 1. hoc quoque i. feud. 29. 5. Tunc, etenim tamen feudi successores ad præstandum dotalitium obstricti sunt, quatenus illud uitatum & legitimum modum non excedit Jacob. Scultet. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 122. n. 131. Ioachim. à Beust. d. part. 3. c. 9. col. 2. Quod tamen de filius mariti dotalitium constituebitur

quentis haud intelligendum est: illi enim semper ad præstationem  
eius obligati sunt, sive illud legitimum fuerit, sive usitatum & le-  
gitimum modum excedat, quia factum parentum, quibus succe-  
dunt, præstare tenentur. l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de reb. alien. non alie-  
nand. Scilicet in addit. suis d. l. n. 135. in fin. Carpzov. part. 2.  
constit. 42. def. 5. n. 8.

XCIX. Antequam à formâ dotalitii abeamus non abs re-  
crit breviter dispicere modos constituendi dotalitia, quia per  
hos forma quasi introducitur. Definitum verò illud fuit non  
tantum per usumfructum feudi, verum etiam per certum redditū  
ex feudo præstandum: quando per usumfructum definitur est  
species juris in re, quando verò per certum redditum ex feudo  
præstandum, melius erit, pro obligat iōne aliquā personali illud  
venditare. Iam verò aliter constituuntur jura in re, aliter ob-  
ligationes nascentur; diversus igitur constituendi dotalitii mo-  
dus erit, si ususfructus in feudo viduæ relinquitur, & si presta-  
tiones tantum annua loco dotalitii ex feudo persolvenda sunt.  
Consideremus breviter utrumque constituendi dotalitii mo-  
dum. Et ut ab eo exordiar, quomodo dotalitium, quando est  
usufructus constitutatur, sciendum. hic est: jus viduæ ad exigendū  
illud competens, vel immediate ex lege aut moribus oriri,  
vel ex facto hominis. Ex lege aut moribus hoc oritur, quando  
dos allata est marito, vel saltē promissa, post ejus vēdō mor-  
tem successoribus feudi oblata, ut in feudi utilitatem conver-  
tatur, pro ista autem dotis illatione, neque à marito vivo, ne-  
que ejus in feudum successoribus viduæ dotalitium constitu-  
tum sit, huic condicō vel ex moribus vel ex lege cōpētit, pro-  
ut jura vel scripta vel non scripta de dotalitiōrum constitutio-  
ne in provinciis quibusdam extant, quā adversus successores  
feudi agere potest ad dotalitium constituendum, & hoc casu jus  
exigendi ejus immediate ex lege videtur oriri, quia nullum hic  
neque mariti neque feudi successorum factum intercessit, quo  
sese ad constituendum dotalitium obstrinxerunt.

C. Mediatē ad mulierem jus exigendi dotalitii factō  
hominis pervenit. Hic vel iudex, vel privatus est: officio ju-  
dicis

dicis hoc sic , quando in iudicio disceptatur ; an dotalitium  
constituendum sit nec ne , & sententia pro muliere lata fuerit . Ex  
hac enim rejudicata acquiritur mulieri jus ad rem & actio per-  
sonalis , quā convenire potest eos , adversus quos sententia  
prolata est , ad dotalitium constituendum , arg . l . 3 . in fin . C . de  
reb . cred . In privato dotalitium constitente distinguendum  
est , inter promissionem , constitutionem in specie sic dictam ,  
& acquisitionem . Promittitur à marito uxori dotalitium vel  
inter vivos , pactis dotalibus , in quibus dotalitii mentio fit ,  
quæque in modum contractus inveniuntur , ad quorum confirma-  
tionem numerus duorum vel trium testium sufficit , arg . l . 12 .  
ff . de test . l . 9 . § . 1 . C . cod . Nobiliss . Hahn . in observat . suis . ad VVc-  
senbec . tit . de part . dotal . n . 4 . verb . quinque ramen testium præsentia-  
rum . Berlich . part . 2 . conclus . si . n . 12 . Vel ultimā voluntate , quod  
itidem præcipue de pactis dotalibus intelligendum est , quæ  
aliquid de dotalitio disponunt , inque eum finem sunt initia ,  
ut valeant tanquam ultima voluntas . Ea autem ut subsistant ,  
requiritur numerus quinque testium , arg . l . fin . C . de donat . mori-  
cans . l . ult . C . de codicil .

Cf . Constituitur illud per traditionem , quæ fit vel à  
promittente marito , vel à successore ejus feudalī , vocabulo  
successoris latē sumto , ita , ut quosvis in feudum successores  
comprehendat , ad quos dotis illata commodum , & per con-  
sequens dotalitii constituendi onus derivatur . Dupliciter  
autem fieri potest vel verè vel ficti . Verè inductione in fun-  
dum feudalem , in quo dotalitium constituendum est ; ita enim  
rerum immobilium traditio propriè peragitur , l . 3 . § . 1 . & 3 .  
l . 16 . § . fin . de acquir . vel amitt . possess . Ficti 1 . si fundus loco do-  
talitii promissus ex turri vel alio edito loco demonstretur , feu-  
dique successores dicant ; se tradere ejus possessionem viduæ ,  
arg . l . 18 . § . 2 . de acquir . vel amitt . possess . 2 . Si signa loco rei mon-  
strantur , ex gr . claves castri in dotalitium promissi , li-  
cer ipsa vidua in castrum non inducatur , arg . l . 74 . de Contrah .  
emt . l . 1 . § . si inserviri de acquir . vel amitt . possess . l . 9 . § . 6 . de A . R . D .  
3 . Si quis inbeatetur apprehendere possessionem , arg . l . 51 . de ac-  
quir .

quir, vel amitt. possess. l. 12. devi & vi armat. 2. fendi. 33. princ. &c. a.  
liis modis.

CII. Acquiritur demum dotalitium à vidua, quando ipsa actualem ejus possessionem nanciscitur, eamque secundum constitutionem Electoram, 33. part. 3. mortuo marito post trigesimum diem propriā autoritate apprehendere potest. An vero in aliis Germaniae regionibus, ubi jus Saxonum Electorale non vigeret, idem obseretur, forsitan determinatu haud facile erit. Nobis tamen potius jus commune sequendum videtur, quod semper ad consequendam rei usufructuarie possessionem factum hominis requirit, l. 3. de Vsufr. nisi forsitan mulier possessionem vel detentionem rei in dotalitium data jam tunc habeat; tunc enim patientia successorum feudalium equivalerit vera vel quasi traditioni, nec factō aliquo positivo opus erit.

CIII. Quando vero annūz p̄st̄t̄t̄n̄s sive reditus loco dotalitiū à marito vel successoribus feudi constituantur. Hoc iterum vel si immediate ex lege vel factō hominis. Lex immediate obligat feudi successores ad legitimam redditum quantitatēm quotannis viduæ ex feudo persolvendam, quando dos illata, vel saltem feudi successoribus post mariti mortem ab uxore oblata est, nec ulla conventio tam inter uxorem & maritum quam successores feudales de iis loco dotalitiū p̄stantis intercessit. Factō hominis hoc sit, quando vel iudex condemnat feudi successores ad annuos reditus p̄stantus, vel uxor cum marito aut feudi successoribus conventionem init de annuā eorundem p̄st̄t̄n̄s. Conventio vero illa sit pactis dotalibus, quæ vel sunt instar contractus, vel induunt naturam ultimæ alicujus voluntatis, arg. d. l. 12. ff. de test. l. 9. S. l. C. sed. l. fin. C. de codicil. l. fin. C. de donat. mort. caus. fact.

CIV. Ut tandem ad effectus dotalitorum progrediamur, triplices illi præcipue sint 1. jura ipsa, quæ mulieribus in dotalitis acquiruntur 2. onera, quibus ob ea uxores premuntur 3. actiones sive legum remedia, quibus jus suum tueri poterunt. Jura vel sunt singu-

singularia, vel omni iusfructuarió communia. Singulare est. quod mulier jure Saxonico tum hypothecam tacitam, tum jus prælationis ratione dotalitii in bonis feudalibus habeat. *Landi N. lib. 1. art. 11.* *Echth. art. 21.* *Gloss. ad art. 22. col. 4.* *Weichbild. Richter. de iur. & privil. cred. disp. 6. Sct. 1. fol. 159.* in *Novell. Elector. const. part. 1. const. 28.* in *princ. verb.* jedoch. ibique Daniel Moller. n. 61. Ratio hujus rei est. quod dotalitium surrogetur in locum dotis: quæ igitur jura mulieribus ratione dotum in feudis competunt, eadem & ipsis concedenda erunt, si dotum loco, dotalitia acceperunt, nec pugnat cum hoc, quod in feudis nulla detur hypotheca tacita, quia illud ordinarium tantum est; & jure communii ita obtinet, Jus Electorale vero etiam tacitam hypothecam in feudis admittit. *Confir. Elector. 25.* in *fin. part. 2. ordin. processi judic. tit. 45.* S. jedoch wo sichs. & s. seq. Daniel Moller. *ad dist. confir. 28. n. 33.* Iis vero in regionibus, ubi jus Electorale Saxonici non viget, licet tacita hypothecā in feudis non admittamus, forsan tamen jus prælationis mulieribus ratione dotalitorum in feudis competere, recte dicimus: marito non licet rem, in qua uxori dotalitium constitutum est, vendere donare, vel alias alienare. *Gloss. in Landi N. libr. 1. art. 44.* arg. princ. *Insti. quib. alien. lic. vel non l. 4. ff. de fund. dotal. l. unic.* S. pen. C. de rei uxori. act. l. 1. C. de fund. dotal. *Authent. sive à me C. ad Senatusc. Vellei.* tum quia dotalitium in compensationem dotis, tam quia in locum donationis propter nuptias constituitur, & hoc tam jure Saxonico, quam communii observatur, uti adducti textus satis probant. Recite vero illud jus singulare à nobis appellatur, quia alias per constitutionem iusfructus domino non eripitur libertas proprietatis rei alienandi, ut apparet ex l. 17. s. 2. ff. de *Vlustr. l. 2. C. cod.*

C. V. Quod vero attinet jura omni fructuario communia, illa consistunt tum in perceptione fructuum, tum in naturali rei iusfructuarie possessione. In perceptione fructuum tria consideranda sunt: 1. quid nomine eorum veniat. 2. unde iij percipiuntur. 3. quomodo & quando hoc fieri debeat. Et (1) per fructus hic nihil aliud intelligitur, quam omne id, quod exire in dotalitium datâ, salvâ ejus substantiâ, percipi potest, sive igitur ad usum, sive ad frumentum, sive ad voluntatem spectet perinde erit l. 9. s. 5. ff. de *Vlustr. l. 4. S. 2. l. 6. S. 6. ff. s. serv. vindic.* Non igitur hic tantum naturales

verum etiam industriales & civiles fructus mulierī decerpere licebit *arg. l. 9. princ. & §. 1. l. 12. §. 8. l. 58. de Vſufr.* Quin si rei in dotalitium datae uſusfructus consistat tantum in civilibus fructibus, non eo nomine mulier ab horum perceptione prohiberi poterit *l. 7. §. 1. ff. de Vſufr.* cum omne emolumenntum ac commodum alicuius rei per vocabulum fructus comprehendatur. Hic statim ardua occurrit quæſtio, si res alicui in dotalitium concedatur, cui jus aliquod adhæret, quod secundum hodiernam consuetudinem non ad dominum rei, sed ad regalia ordinariè spectet, quale est jus venandi, iurisdictio superior, sive merum imperium, jus foresta, jus vesticarium, jus salinarum, argenti fodinae & alia, utrum simul hac jura in dotalitium concessa videantur, an verò singulari conſeſſione opus sit. Si jus civile hic sequi velim, nulla hac dere dubitatio suboreetur, modo jurisdictionem & jus vesticigalium excipiamus. Expresſe enim jam commemorata jura maximā ex parte annumerantur fructibus fundorum. *l. 9. §. 2. 3. 5. l. 13. §. 5. l. 62. ff. de Vſufr. l. 7. §. 13. & 14. Solut. Marri.* Verum hac longè alter se habent juxta hodiernos mores. Quædam enim res, qua olim ad fructum fundi pertinuerunt, exempta sunt ex eo numero & posteriori anno ad regalia cceperunt transferri: quædam verò, qua olim nunquam in uſum fructum concedi poterant, quia nullum earum propriè commercium erat, ita pristinam naturam amiserunt, ut jam apte inveniantur ad uſum fructum in iis constitendum. Prioris generis sunt jura venandi, pīcandi, salinarum, fructus fodinarum. Posterioris verò generis sunt, iurisdictio inferior, superior, jus vesticarium, sed quomodo dignoscendum sit, an hac jura ad fructus dotaliorum pertineant, facile apparebit, modò ea recolantur, qua theſſo allata fuerunt.

C VI. Percipiuntur 2. fructus ex re in dotalitium data. Hac enim ita comparata esse deberet, ut fructus inde hauriri possint. Quod etiam extenditur ad id, quod rei post dotalitium confititum accedit, v. g. si fundo in dotalitium dato per alluvionem aliquid adiiciatur *arg. l. 9. §. 4. de Vſufr.* quin & mulier earum rerum uſum fructum habere censetur, qua rei fructuarie causā parata sunt, cuiusmodi sunt instrumenta fundi. *l. 9. fin. ff. de Vſufr. l. 15. §. 6. cod.* Tertium est, quod circa fructuum perceptionem in considerationem venit.

venit, quōmodo & quando jī percipiāntur. Fructus ergo ita percipi debent, ut substantia rei in dotalium data salva maneat. Eo verò tempore percipiendi sunt, quod fructuum perceptioni à naturā & communi hominum suffragio destinatum est. Sēpissimè autem hic controverti solet, ad quem fructus ultimi anni pertineant, utrum ad successores feudi, an verò ad mulieris hæredes. Distinguendum hic primum est inter fructus ultimi anni naturales, & civiles. Illi vel percepti sunt à muliere, vel non §. 36. de R. D. Perceptos ea ad hæredes transmittit, sive illi naturales sunt in specie sic dicti, sive industriales l. 12. quib. mod. usuf. vel us. amitt. Percepti autem fructus dicuntur, qui separati sunt, sive ipsa mulier eos separaverit, sive aliis ejus nomine causam & titulum ab ipsa habens d. l. 13. l. 28. ff. de Vſuſr. l. 78. ff. de R. V. Separati verò ab alio non fructuaria nomine verb. cauſ. a fure pertinent ad proprietarium l. 12. §. 5. de Vſuſr. similiter si casu deciderint l. 13. quib. mod. Vſuſr. vel us. amitt. quia hi propriè non sunt percepti: Contra nondum percepti unaufgehobene fructus, ad feudi successores pertinebunt arg. l. 44. de R. V. Cujusmodi sunt 1. ab alio quam muliere ususfructuariā separati. 2 pendentes noch stehende Fructus. 3 sati & occidi l. 58. ff. de Vſuſr. so gefäßt et und beegdet. Jure Saxonico in fructibus industrialibus, qui culturā proveniunt, aliud obtinet. ita, ut si ager satus, & raltris sub actus fuerit, fructus post mulieris mortem ad ipsius hæredes transmittantur, quia hie solius culturæ ratio habetur non respiciendo ad id, utrū à fructuatio percepti fuerint nec ne LandesX. libr. 3. arti. 76. & 77.

C VII. In fructibus civilibus, quales sunt, usuræ, pensiones, census ac redditus, jährliche gefälle distinguendum est, inter eos, qui per menses, dies singulos percipiuntur, & eos, qui certo anni tempore colliguntur. Piores, licet dies solvendi vivente muliere non advenerit, pro ratâ temporis adhæredes uxoris pertinent l. 26. de Vſuſr. arg. l. 58. cod. Posteriores verò, uti sunt pensiones pro agrorum redditus debita, non aliter sunt uxoris hæredum, quam si a colono percepti fuerint, licet etiam ususfructus ante tempus quo pensione debebatur, finitus sit l. 58. de Vſuſr. Iohan. de l. Caſtil. de Vſuſr. c. 77. n. 20. & seqq. Mart. Monter. a Cuevadoc. regn. Arag. 17. n. 11. & seqq. Perez. C. b. 2. Quodsi verò à colono nondum percepti sunt, nihil perveniet ad uxoris ususfructuaria hæredes Caſtil. d. c. n.

20. Præterea mulieri licet, jus illud reale fructus ex dotalito percipiendi vel pro parte vel in totum per cessionem, locatioem, oppignorationem, venditionem transferre in extraneum l. 11. §. 2. de pignor. l. 8. pr. de reb. auctor. iud. posid. l. 12. §. 2. l. 38. l. 39. l. 67. de Vſuſr. l. 66. ff. de iur. dor. non vero jus personale, quod ossibus mulieribus tanquam usufructuaria inhæret §. fin. iſt. de Vſuſr. adeoq; mulier usufructuaria manet, quoisque vixit, & eā mortuā, definit cessionarius percipere commoditatem utendi fruendi, quippe soluto jure datoris, solvitur accipientis l. 31. ff. de pignor. Et licet muliere mortuā commoditas percipiendi fructus in persona cessionarij finitur, exinde tamen non statim inferre licet, ergo cessio, venditio, oppignoratio, locatio nulla est. Nam cessio juris realis hic valat, ita, ut vi hujus cessionis emtor, aut cui jus hoc percipiendi fructus traditum est, commoditate illâ uti possit, donec mulier usufructuaria diem obeat, tum enim per consequentiam jus hoc in cessionario tollitur. arg. d. l. 31. Rem hanc optimè illustrant duo responsa Facult. Jurid. Helmstad. à Nobiliſſ. Hahn, in obſerv. theoreti. practic. ad VVſenbeet. tit. quib. mod. vſuſr. vcluſ. amitt. n. V. adduſta. Sequitur naturalis possessio, per quam non intelligimus juris, sedrei in dotalitium date possessionem l. 12. pr. de acquir. vel amitt. poss. Jacob. Menoch. de recip. poss. remed. l. n. 74.

CIX. Nunc etiam ad onera tanquam secundum dotalitorum effectum nos conferamus. Primum igitur mulieres tenentur præstare dolum & omnem culpam, tum quod omnes rei utilitates percipiunt arg. l. 7. pr. & §. 2. de vſuſr. debet ergo exemplo commodatarii omnem culpam in se suscipere arg. l. 5. §. 2. ff. commod. tum quod instar alicuius usufructuarii omnem rei curam suscipiant l. 1. §. fin. Vſuſr. quenadmo. cav. & custodiā præstare teneantur l. 2. cod. secundo incumbit iis, rem in dotalitium datam sartam tectam conservare, modò impensa ad id requirantur modice, nec res casu vel vetustate perierit. Huc pertinet modica ædium refectio l. 7. §. 2. ff. l. 7. C. de Vſuſr. arborum in demortuariū locum substitutio l. 7. §. 3. ff. b. h. item si capita demortua vel inutilia gregis aut armati ex agnatis suppleantur §. 38. de R. D. l. 68. §. 2. b. t. Contra vero, si res vetustate deterior reddita sit, vel etiam vi tempestatis everfa, aut magni sumitus ad ejus conseruationem requirantur, nihil horum

hortum à muliere præstabitur 1.65. §. 14.59. pr. 1.7. §. 2. b. t. 1.7. C. cod.  
Et si forsitan plus quam debet, à muliere erogatum est, poterit ab ea  
repeti, tuncendo sese vel in possessione dotalium doli exceptione, vel si  
possessionem amiserit, actione negotiorum gestorum instituta arg.  
1.7. C. de Vtisfr. 1.9. de A.R.D. l. 88. & 60. de leg. 1. l. 16. C. de Re V.

CIX. Mulier 3, collectas, tributa, census & alia onera dotalitio imposita ex eo præstare & solvere tenetur *arg. l. 7. §. haec tenet  
z. l. 27. S. 3. ff. de Vſſfr. l. 27. ff. de ns. & uſſfr. legat. Zobel. part. 2. def-  
fer. 50. n. 7. 8. & seq. Georg. à Rotschitz. tract. de dotalit. art. 8. n. 20.  
ib. von den Leibgeding müssen die Gräven geben. Hartm. Pift. obser-  
v. s. n. 1. & seq. per tot. Quod regulariter obtinet, si in re, ut vocant, al-  
lodiali dotalitium constitutum fuerit; sin verò feudum in dotalitium  
datum est, distinctione res determinaria erit. Aut enim collectas  
& tributa ordinaria imponuntur, aut verò extraordinaria, id est,  
quorum exactiōē publica calamitas & extremum Reipubl. di-  
serimen injungit. Priora, quemadmodum omne feudum ab iis im-  
munitatem habet, ita nec a muliere, cui in fendo dotalitium consti-  
tutum est, jure exigi poterunt. Postiora, quia ab iis etiam vasalli  
non eximuntur, nec mulier rem feudalem in dotalitium habens  
detrectare poterit. Berlich. part. 2. conclus. 50. n. 71. 4. Eadem, rati-  
one feudi, in quo dotalitium constitutum est, servitia militaria do-  
mino præstare deber. Cum verò ipsa minus apta serfis obeundis,  
non obligari quidem est, dominum in propriā personā sequi, nihi-  
lo tamen minus tenetur exolvere collectas militares, Heerstewer / ut  
servitiā domino per alium exhiberi possint. Georg. Rotschitz de  
dotalit. art. 8. n. 20. vers. Über die Heerfahrten & vers. seq. Berlich. part.  
2. conclus. 50. n. 72.*

**CX.** Ad onéra licet non ita propriè referimus s. quod mulier de utendo fruendo salvâ rerum substanciali cautionem praeflare teneatur. Johan. Koppen. *de os. 33. n. 12.* Anton. Hering. *de Fidei in B. c. 6. n. 229. & seq.* Carpov. *part. 2. const. 42. def. 7.* Unicuique enim usufructuario incumbit, cavere proprietario vel heredi ejus, se usurum boni viri arbitratu, & finito usufructu possessionem domino redditurum esse. I. i. & tot. in ff. *Usufructuar. quemadmodum car. Gail. libr. 2. obseru. 144. n. 16.* Cum vero mulier ratione dotalitii sit quasi

quasi usufructuaria, quid est, cur eam ab hoc onere liberemus. Illa autem cautio sit à muliere vel per fiducijssores, vel si eorum copia non datur, per signora, vel, si & hæc propter inopiam deficiant, per juramentum, modo mulier bona vita sit, nec luxu indulget: alias, ne dotalitium amittat, optimè ei consuletur, si agnatis illud restituat, iisque quotannis fructus ex eo provenientes persolvant, detracto prius laborum præmio, & sumtibus, quos in fructus colligendos, & agrorum culturam impenderunt. Faciunt huc, quæ Magnif. Dn. Hahn, habet in observat. ad VVesenbec. tit. Vfjfr. quemadmodum. eav. n. II. verb. cogendus. in fin. & ab eo allegat. Mynsing, 6. observ. 48. n. 8.

C XI. Ex paulo ante dictis sequitur 6. quod mulier ratione dotalitii ad inventarii confectionem obligata sit, ut possit tempore restitutionis apparere. quid acciperit. quid restituendum sit, an & quatenus rem fecerit pejorem, nam alias estimatio damni & interesse ægræ & vix absque iniustitate instituetur. Carpzov. part. 2, const. 42. def. 8. Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 30. n. 32. Accedit, quod Doctores dicant, inventarium, esse necessarium antecedens ad cautionem praestandam Roland. à Valle. in tract. de Confect. Inventar. quest. 36. n. 7. & quod unicuique ad rei alicuius restitutionem obligato, ordinariè conficiendi inventarii necessitas incumbat. Carpzov. d. I. Rauchbar. d. quest. 30. n. 30.

C XII. Tertiis effectus dotalitii sunt remedia sive actiones, quibus uxor jus suum persequitur. Illæ vero vel oriuntur immediate ex lege, vel promissione facta, vel denique ex acquisito dotalitio. Lex, quæ actionem dat, aut est scripta, aut non est scripta: si scripta est, utri in Electoratu Saxoniz. part. 2. const. 42. condicione ex lege: si non scripta, quemadmodum in ceteris plerisque Germanie regionibus obtinet, condicione ex moribus oritur. Tum vero haec actiones locum habent, quando dotalitium nondum promissum est, adque id competunt, ut à successoribus feudi in dotis compensationem illud constituatur. Porro promissio dotalitii in pactis dotalibus vel per conventionem simplicem & actum inter vivos facta est, vel per modum ultime voluntatis. Priori casta, datur uxori condicione ex moribus, quæ hodiernâ coniunctudine efficax est, ut adversus feudi successores ad dotalitium, constituentum institui possit. Poste-

I Posteriori verò casu, si promissio dotalitii facta est per modum ultimae voluntatis, est instar legatarii, cui in re aliquā ususfructus relicitus fuit, eique praeципue tum datur actio ex testamento adversus feudi successores ad consequendum dotalitium ultimā voluntate relictum arg. § 5, Inst. de oblig. q. quas. ex conrr. Verum enumerat jam actiones tam locum habent, si ususfructus in feudo promisus est, quam si certus redditus ioco dotalitii à feudi successoribus exiguntur. Nunc ad ea remedia transgrediamur, quæ dotalitio, quando solum est ususfructus feudi & jus aliquod reale, propria sunt.

CXIII. Primum post mariti mortem uxori secundum jus Saxonum præterlapsis triginta diebus propriā autoritate dotalitium apprehendere licet part. 3. Constit. Elector. 33. Et ibi Carp. 20v. def. 1. quod forsitan in locis, ubi jus illud exsulat, fecus erit, nec sine traditione à feudi successore facta dotalitium consistet arg. l. 3 ff. de Vsefr. Dotalitio jam acquisito, quia mulieres in eo naturalem possessionem & jus in re habent, competit ijs tam possessoria, quam petitoria remedia. Possessoria vel ad retinendam dotalitij possessionem, vel ad recuperandam: ad retinendam possessionem, interdictum, uti possideris, quando jus possessionis obscurum ipsi redditur, ut loquitur Glossa in l. 13. Quod met. caus. Germanice, wenn die Witwe in ihren Leibgedinge bestreitlicher wird / oder wenn derselben ein eingriff darinnen geschieht. Quod etiam nudā diffamatione fieri potest, si verb. grat. quis dicat, feudum jure dotalitij ad ipsam non pertinere. arg. l. 3. 6. Hoc interdictum ff. uti possid. Et arg. l. 11. ff. de vi & vi arm. Andr. Clud. libr. rerum quotidian. c. 8. sect. 2. n. 63. 64. Et seqq. Ad recuperandam possessionem dotalitij ex jure civili uxori datur interdictum de vi & vi armata, quo intendere potest intra annum adversus eum, qui vi illam dejicit: ex jure canonico remedium quod in c. sepe contingit Extr. derestitut. spoliat. habetur, denique amplissimum illud remedium canonis Redintegranda 3. quest. 1. Quod omnibus mulieribus viam passis de re etiam mobili & quovis modo ablatâ in perpetuum adversus quemlibet possessorem etiam bona fidei competit.

CXIV. Petitorium judicium unum cum primis est, actio

scilicet confessoria, quā uxor sive vidua usumfructū dotalitii  
sibi velut suum ascrit, ita, ut liberē eo uti possit, eoque nomi-  
ne præstio intelle reus caveat, se & successores in futurum eam  
infructuum perceptione non impedituros esse, arg. l. 5. princ. §.  
7. si ususfruct. petet. l. 7. l. 12. si serv. vind. Datur autem mulieri,  
etiam si possideat dotalitium, modo in percipiendo usufructu  
impeditatur arg. l. 5. §. ult. si ususfr. petet. sive etiam impedimen-  
tum injiciatur ab agnatis vel domino feudi sive ab alio arg. l. 5. §.  
ult. si ususfruct. petet. l. 5. §. 2. ibid. l. 60. princ. de ususfr. Quin & vin-  
dicare potest servitutem à vicino prædio fundo debitam,  
in quo dotalitium constitutum est l. 5. §. 1. si ususfr. petet. & no-  
vum opus nunciare, si in dotalitio aliquid adficietur, arg. l. 5.  
§. ult. de nov. oper. nunc.

CXIV. De modis amittendi dotalitii restat tandem, ut  
breviter aliquid adiiciamus. Commodè illi dividuntur, vel ut  
omnifructuario sunt communes, vel ut tantum in dotalitii a-  
missione obtinent. Modi amittendi dotalitii, quatenus omnif-  
ructuario sunt communes 1. est mors uxoris §. ult. inst. de ususfr.  
l. 12. l. pen. l. ult. Cód. cod. 5. 3. ff. quib. mod. ususfr. amitt. ratio hu-  
jus rei duplex affertur: altera est quod mulier personale jus in  
dotalitio habeat; altera quod alias feendum agnatis & domino  
inutile redderetur 2. si mulier inter praesentes decennio, inter ab-  
sentes vicennio, dotalitio non usa fuit §. fin. Inst. de Ususfr. l. 38. ff.  
cod. l. penult. C. cod. l. 72. §. 2. de iur. dot. l. 25. ff. quib. mod. ususfr. vel  
us. amitt. Quod si vero pro parte tantum utatur fruatur, pro  
parte vero non; pro ea parte dotalitium retinebitur, pro qua  
parte eo usa fuit. l. 14. ff. quib. mod. ususfr. vel us. amitt. Tum vero  
mulier dicitur dotalitio non uti, si neque ipsa, ueque per alium  
veluti conductorem usumfructum exerceat l. 38. 40. de Ususfr. quia  
hic merces vicem viusfructus sustinet 3. consolidatione, si ex gr.  
mulier usumfructum agnatis cedat, tum enim ususfructus quasi  
cum dominio utili in personis agnitorum confunditur, l. 17. ff.  
quib. mod. ususfr. amitt. l. 27. cod. 4. Rei interitu vel mutatione,  
quod de totali, ut ita loquar, rei interitu intelligendum est, vel  
si integra rei forma mutatur, §. 3. inst. b. t. 2. l. 5. §. 2. l. 10. pr. §.  
ff. 11.

g. i quib. mod. usus fr. amitt. l. 30. eod. Modis proprii sunt. 1. si mulier adulterium committat, sive vivo adhuc marito, sive post mortem ejus. 2. si perduellis fiat; 3. si marito struat infidias. 4. si inscio marito cum extraneis viris in balneum eat. 5. si extra domum noctu vagetur, nisi a marito ejecta fuerit. 6. si luxuriosè & in honestè vivat cum aliis. 7. si adscriptitios dotalitii fuget. 8. si arbores fructiferas succidat. 9. si dotalitium alienet, nam usufructarius non amittit eam ob causam usum fructum, sed nihil agit, mulier vero dotalitium ob eam causam perdit. Landrecht. libr. 1. art. 21. & gloss. das vierte ist &c. ubi omnes hi modi enumerantur Georg. Rotschitz de dotalit. art. 5. Beust. tract. de iur. coniub. part. 3. c. 11. sub fin. Nicol Boer. dec. 338. n. 1. & segg. Berlich. part. 2. conclus. 50. a. n. 8. usque ad fin. Et sic etiam tertiam debitorum feudalium classem pro instituto nostro satis perlustravimus. Intra hos igitur limites praesens dissertatio circumscribenda est; animus quidem erat, subiecte nonnulla de concursu creditorum in debitis feudalibus, ne tamen intempestivâ prolixitate benevolis lectoribus fastidium creem, supersedebat hanc vice illi negotio. Divino Numinis immortales gratias agens, quod vires integras ad hosce labores perficiendos benignè suppeditare voluerit. Benevolus lector improvisos & varios typographi errores, qui per temporis angustiam accurate emendari haud potuerunt amicè interpretabitur.

¶ I N I S.



三國志





X 2617648

107



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

White 3/Color

Magenta


Yellow

Green

Cyan

Blue

Red



I. A.  
URIDICA PRIMA  
E

, USU ET  
STATE JURIS  
ONICI  
N  
LI ET TER-  
STANTIUM:

A M  
S I D E  
ET EXCELLENTISSIMO

WERNERO ICto,  
UDALIS JURIS PRO-  
CULTATIS SUÆ SENIORE,  
HICI ASSESSORE GRAVISSI-  
AUTORE, ET PATRONO  
CULTU ÄETATEM  
RANDO,

MARTI  
FORUM EXAMINI  
UTIT

EKEN HAMBURGENS.  
OR

MAIORI.

TADI,  
MÜLLERI, Acad.Typ.  
10 C LXIX.

1669, 8b

22

12